

PARS TERTIA
Continenſ
BELLICA ET MISCELLANEA
D A N I E L I S
HERMANNIBORVSSI
SECRETARII
R E G I I.



Excusa Rige Lironum
Per Nicolaum Mollinum Typogra-
phum Anno 1615.

PARTER TIA CONTINENS

bellico

DANIELIS HERMANNI BORVSSI

NOBILISSIMIS

AMPLISSIMIS ET PRUDENTIS

simis Viris, Burgrabio, Proconsulibus & Consulis

bus inclita Resp: Rigenis Dominis

meis benignis Obser:

vandis.

Dicit recuperatam diuinā Stephani
Regis virtute ē Moschis fauibus Liuoniam,
Decum primum maritus quondam meus ab
expeditione illa bellica, & pāce facta, Regem comita-
tus in hanc Vrbem venisset, allectus variis eius oppor-
tunitatibus, & imprimis Ecclesiaz Reiq; Pub: tunc sta-
tu pacatori, sedem domicilij & vitæ tranquillioris
in ea figendi consilium iniit. Cumq; à Regia Mai-
estate Reuerendissimo olim Cardinali Radziuilo Pro-
vinciaz Gubernatori, à consiliis esse iussus, magnam
sæpè huius Ciuitatis humanitatem expertus esset, viet-
us amore eius, quamvis beneficio Maiestatis lux
alias satis commodas possessiones terrestres haberet,
tamen nunquam ferē, nisi publicis negotiis auoca-
tus

A. 1602.
175.
tus, ab ea diuelli se se passus est. Factum itaq; ut exinde ordinem vestrum amplissimum, quā decet observantia semper coluerit, & cum singulis conjunctissimè vixerit, donec diem suum supremum, annis abhinc duodecim in eadem obiens, calamitatibus huius Provinciæ quas triennio antè in carmine illo de partu monstroso Amp V. V. dicato tanquam spiritu fauidico prædixerat, eriperetur. Cæterū in viuis adhuc existens, cum editionem adornasset sui operis, Tertiā hanc eius partem nulli inscribendam duxit merito meliori, quam Amplissimo vestro Ordini, idq; cum ob caulas supra memoratas, tum quod ipsa libri Stephaneidum materia de Livonia postliminio restituta, cum annexis miscellaneis, suo quodam iure ad nobilissimam huius Provinciæ Metropolis per. inere videatur. Quis enim non intelligit, quanti eius inter sit, pacatam esse Provinciam. Quis ignorat Rigam in his terris, primam & Christianæ religionis & nationis Germanicæ quasi matrem, quoties Provincia vel à Moscho, vel aliis vicinis gentibus ceu diluvio quodam inundata fuit, aggeris instar obiectam, tutum se ac per exilibus præstituisse asylum, & totam serè belli molem fortiter sustinuisse. Nemo id ibit inficias, nisi alienæ virtutis & laudis invidus. Extant eius rei documenta antiqua & recentia. Tellis quoque est omni exceptio-

ne

ne maior Illusterrimus Dominus Chodkieuicus
pro tempore Provincie Gubernator & defensor for-
tissimus & felicissimus: Testis Illusterrimus quon-
dam Zamoscius Regni Cancellarius & Exercituum
Dux supremus, primus adversus Carolum Suderman-
niz Ducem missus cum Exercitu: Testis est denique
ipsa Maiestas Regia, oculata calamitatum huius Pro-
vincie & laborum à Ciuitate exantlatorum spectatrix.
Quamvis autem maritus meus animi mœtore &
corporis ægritudine, ex prævisa huius Provinciae ruina
contracta, prius conficeretur, quam votum suum ab-
solueret: mundo tamen immundo valedicturus, &
animam Christo Saluatori redditurus, inter alia ut
opus suscepsum continuarem, huncq; Stephaneidum
librum Amplissimo ordini vestro in perpetuum sux
erga hanc Rempub. obseruantę monumentum in-
scriberem, mandauit. Hanc postremam eius voluntatę
tem iamdudum executa fuisse, sic enim ipsa pietas,
cum merita Amplissimi vestri ordinis in nos collata
postularunt, nisi fatalis calamitas, qua vñiversa Pro-
vincia, & pro se quisque conflictati lumus, imprimis
verò aduersa curis & senectute oppressa valetudo mea
conatum toties meum interrupissent. Nunc DEO
gratias ago, qui hucusque me superstitem, quamvis
lecto affixam conservauit, ut editione huius operis &
marici

mariti memoriam ab interitu vindicare, & qualem-
cunque grati animi mei significationem edere licet.
Quamobrem Amplissimas D. D. Vestrar obnixero,
go, ut hoc quicquid est opusculi, strenx & ultimi mu-
neris loco à me benigno vultu accipere, & quemad-
modum Authorem viuum amastis, ita huius post-
humi illius partus tutelam contra novercam obte-
statricem suscipere dignemini. *DEVS*, qui accura-
tam Ecclesię suę curam gerit, Patriam meam Char-
issimam in fœda hac Provinciæ vastitate, hospicio pie-
tatis & bonarum artium, ac simul Ordinem vestrum
Amplissimum præsidio bonorum & oppressorum,
subsilio florentissimum semper conservet Rige-
grid. Decemb. Anno ab incarnatione Filii
Dei, M. DC. XIV.

Ampliſ. D. D. V. V.
Obſervantissima.

*Danielis Hermanni Secretarij quo-
dano Regij Vidua, Ursula
Kröger.*

DANIELIS HERMANNI BORVSSI, STEPHANEID:

LIBER I.



*Agnanimum Regem qui Regna Polona po- Propositio
Imperio, & justis defendit fortiter armis, (tentis
Heroëm Stephanum, Hungaricis qui primus ab oris
Rex Procerum arbitrio, & fatorum Numinis lectus,
Arma per horrentes pugnaci milite sylvas,
Vigil, viam ad Moschos per inhospita lustra paravit,
Nunc versus graviore canam: Gens sera nepotum
Addiat, & meritos virtuti expendat honores,
Insignem celebrans Regem, qui fortibus ausis,
Carum illum horrendum fera post Spelæa latenter, Emphasis.
Desertosq; diu Livones vincere suetum,
Mille necis species tormentaq; mille parantem,
Cindeli & cunctos superantem: ade Tyrannos,
Qui sunt, quiq; fuere, & qui sunt cunq; futuri,
Repressit tandem: & retro procul ire coegerit:
Livonesq; iterum iussu sperare salutem.
Vera cano: gestis atq; omnia congrua rebus,
Quæ coram aspecti: hisq; oculis praesentia vidi:
Quæq; fide digna accept. Quis talia fando*

A

Ex-

LIBER I.

*Explicit, aut dignis possit memorare Camenis
Phœbeo afflatus plenus præcordia Vates?*
 Difficultas rei.
*Latum iter ingredior: rem magni iento laboris,
Quæ captum ingenij vires excedit Et ipsas.
In magnis volvise sat est: conabor in altum
Surgere, Et heroo sublimia pandere versu
Regis gesta, Duces, Martisq; horrentia bella, (num.
Molior hincq; gravem memoranda per orsa cothurn.*

Invocatio di-
vini Numinis
*Qui mihi das vires, quiq; es mihi Cai minis auctor,
Et bene, quos facio, facis hos me condere versus,
Christe ades, Et dictis divinum asperge leporem.*

Digressio.
*Tu vero columen Regni, ô Auguste Senatus,
Communi cuius decreto hac bella geruntur:
Vosq; Duces horum: sive estis gente Poloni,
Lithuanive: alijsq; acciti ex partibus, omnis
In cælum geminis quos Virtus evehit alis:
Deniq; vos quotquot bello servistis in isto,
Nomine seu memoro vos, seu memorare nequivi,
Cuncti animis, cuncti insignes præstantibus ausis:
Estis mihi faciles, captoq; favete labori.*

Exordium si-
ve Narratio à
Circumstan-
tia temporis.
*Solerat ingressus signum cælestis Leonis,
Austriacis quando fueram digressus ab oris,
Ad dulci patria, charisq; vocatus amicis.
Vix ubi contigeram patriæ confinia terra,*

Istu-

S T E P H A N E I D.

Istula quâ glaucus vallatam præterit urbem:
Me subito ignota Respublica misit in oras.

Dum justum Moschos bellum meditatur in hostes
Rex Stephanus, turmasq; Equitum, peditumq; cōbor-
Lustrat, Et intrepit ē faicatum diripit ensēm. (tes.
Ergo iter emensus, spēlea per horrida longum,
Perq; viam auditam nunquā mihi, nec quoq; visam,
Per sylvas ubi pagi olim agricolaq; fuerunt,
Pervenit tandem incurvi propè rura Polotta,
Quem posita triplici Rex obsidione tenebas
Iam victum, Et fractum nequicquā flumen agentem.

Sed prius antiquæ revocabo exordia litis.

Quis tantus furor? Et qua fortæ causa Polonos,
Arma diu desueta humeris circundare tandem
Impulerit? Moschoq; cruentum indicere bellum?

Iayello exersis ut Christum agnovit Idolis,
Hancq; fidem amplecti Lithuanos jussérat omnes,
Sarmatæ summas fuerat Rex nactus habenas.
Exin erat Regno Lithuania juncta Polono,
(cujus erant ulim longè latèq; patentes
Imperij fines. Quâ Pscovalacu exortus simili quoq; nomine dicto:
Quaq; Novogrodiam stagnanti flumine lambit
Volchous: hinc alia quâ parte Boristhenis unda

Rex bellum
parat.

Rex Polotia
obsidet.

Occasio belli

Cause belli
remotiores
propter quas
Poloni cum
Moschis ultra
hominū me-
moriam ho-
stilibus armis
dissenserunt.

Fines olim
Magni Duca-
tus Lithya-
nix.

L I B E R I.

*Currit ad Euxinum pontum: Siveriatellus
 Quām latē patet Ē regio per amēna Mosāisci
 Quā jacet: huic limes Luhvani erat usq; Ducatus.
 Quin etiam miseram Livonia passa ruinam,
 Obā suis Dominis tutelam optavit opemq;
 Sarmatij Regni. Fatorum numine levo
 Regnatoī, Ē tanta, Ē tam florentissima quondam
 A Moscho varijs bellis oppressa fuerunt,
 Et misere abductis passim residua Celonis.
 Prasertim proprias dum clara Polonia vires
 Nesciit, Ē trivit sub inertī tempora luxu.*

*Causæ belli
 propinquio-
 res.*

*Rex ad repre-
 mendū Mo-
 schum fato
 electus.*

*Regis virtu-
 tes.*

Comporatio-

*At Deus hanc faciem cælo miseratus ab alto
 Non tulit ulterius: fortēq; ingentibus ausis
 Excivit Regem, qui fato in Regna vocatus,
 Ut formidandum metuendus reprimat hostem,
 Et deploratas bellando restituat res.
 Venit Ē oblate accepit diadema Corona
 Rex Stephanus: veterum decus, Ē nova gloria Re-
 Elosq; reflorescens. Majestas Regia cuius (gum,
 Non armis solūm decorata est: sed quoq; pacis
 Legibus armata: Ē virtutum numine largo
 Splendida. Cui fulget puro Latona iælo,
 Et lucis clarum nocti partitur honorem:
 Haud secus illius Regis se gloria tollit*

Cla-

S T E P H A N E I D:

Clarius, & summum virtute affectat Olympum.
 Vix fuit hic Regno rerumq; potitus habenis,
 Cum subito varias Legatos misit in oras,
 Devinxitq; sibi multorum pectora Regum,
 Vicinosq; Daces tranquilla munere pacis.
 Inde pari studio Moscho quoq; nuntiat hosti,
 Auctor quo Regno sit, quo cumulatus honore,
 Utq; optet pacem sanciri legibus aequis,
 Ut simul humano parsum cupiatq; crux.

Causa belli
proximæ.

Talia Rex. Moschus technis instructus & astutus,
 Spem scriptio simulat: premit imo in pectore fraudem,
 Hocq; refert: Si sit tractatio pacis habenda .
 Aduua legatis, fas esse ut miles ab armis
 Virinq; abstineat, confiniaq; ipsa quiescant.
 Hic quanquam haud latuit dolus hosti, plenaq; verbis
 Prodidit in Regem duris se infesta Ducis mens:
 Credita restamen est: & verba indigna relatu
 Disimulat tacite Rex: praefidaria mandat
 Arma statim ponit: & Legatos mittit ad hostem.
 Nempe Galatinos Kruskum, Masouia tellus
 Cui dedit hosti titulos: Saphiam, cui Minscia paret;
 Lithuanum, simul qui lhesauarius Aula est
 Skuminum: quos Rex mandatis instruit amplis,
 Et ramum portare jubet pasalis Oliva,

Moschus struit
insidias Regi.

A 3

Sig

Stanislaus Kri-
ski Masoviae
Palatinus, Ni-
colaus Saphia
Palating Mins-
sien, & Theodo-
dorus Skumin
Legati ad Mo-
schum mit-
tuntur.

L I B E R I.

Signum Oratorum nulli violabile genti.

Accipe nunc Moschi insidias, & crimine ab uno
Disce omnes. Namq; ut tangunt confinia missi
Moschica Legati, fas omne abruperat hostis
Promissa fidei, decurvisq; oblitus & aqui.
Eloquar, an taceam & varium & miserabile cedis
Auditur genus in terra Livonide: sævo
Cum patre deservit natus maturior annis:
Miscetur lanicena, & inundant sanguine campi,
Quaq; capi haud poterant armorum viribus arces
Has corruptio, conspiratio frausq; subegit.
Hec erat illa fides: a Moscho hic ramus Oliva
Pacifera oblatus: resonat clangoribus ether
Feminei sexus, vel tristi morte cadentis,
Aut ab inhumana turpiq; libidine pressi.
A scelere avertit Sol vultus: conscientia Luna
Patrati sceleris, spectatrix noluit esse,
Et niveos oculos atra ferrugine texit.

Talibus attoniti subsistunt finibus istis
Missi Oratores: Regi nil tale timenti,
Has referunt clades, pacis violataq; jura.
Inde viam celerant iussi, Moschog; propinquans.
Cui simulac Regis prafantur voce salutem,
Et porrò inquirunt, qua sit fiducia pacis

Moschus interea dum
Rex Legatos mittit, hosti-
libo arnis in-
vadit Livo-
nia.m.

Cruelitas
Moschi quam
in Livonia
exercuit.

Legati Regis
in finib; Mo-
schoviz sub-
sistentes scri-
bunt ad Re-
gem.

Pro-

STEPHANEID.

Promissa, aut rupta Livonum nuper in oris?
Hostis inaudito fastu, tumidusq; furore,
A pace excludit Livones cuncta suoq;
Abitrio tractat, juramentiq; tenorem
Ipse sibi gratum scripto componit, in hujus
Verbaq; Legatos Regis descendere cogit.
Deniq; mille modis fallendi mille figuris
Vitetur, & nullas voces tractabilis audit,
Sed magis accensa gliscit violentior ira.
Nuntius at Regis sua vix ubi verba peregit
Petrus Haraburda aspectu submotus ab omni,
Ædibus obscuris par capto clauditur hosti.
Sed quid id est? Nec se Moschus temerare veretur
Sanguine Legati, at saepe his scelus aggravat ausis?

Tandem Oratores infecta pace revertunt
Ad Regem, meritò qui justa incanduit ira:
Infremuit totum contracto milite Regnum,
Arma Duce rapiunt: omnes arma,arma loquuntur.
Haec fuerant cause, moti haec occasio belli.

Ergo ubi miles erat varijs conscriptus in oris,
Diversis constans è gentibus, undiq; multa
Agmina concurrunt, glomerataq; sede Suiri
Subsistunt: lustrat Rex belli robur in ista
Parte loci: hicq; Duce cunctando consulit omnes,

Quò

Moschus audi-
ditis Legatis,
ad omnem a-
nimam impot-
tiam descen-
dit.

Moschus à
pace vult ex-
cludi Livoniā

Moschus Re-
gis nuntium
in modum
Captivi deti-
net.

Oratores Re-
gis infecta re
in Regnum
reverruntur.

Bellum su-
ceptum.

Rex Suiri co-
pias lustrat,

LIBER I.

Quò vires omnes vertenda: quò sit eundum:

Quare Polonia ante omnia occupanda.

Cunctanti hec tandem potior sententia visa est.

Agmina ducenda ad sinuati rura Polotta,

Quòd veluti fauces ibi sint, aditusq; nocendi,

Sive velut Moschus nostras incurrere in oras,

Sive (quod ò firmet votum Deus) arce recepta hac

Hinc atq; hinc pateat medios irruptio in hostes.

Mens ubi fixa stetit totum huic convertere bellum,

Ductores primos numero Rex convocat omni,

Pro repaura loquens, & talibus ora resoluens.

Regis Oratio
ad Duces
belli.

Quanquam immane nefas, & vis temeraria Mo-

Sarmatiae Regno multos illata per annos (schi-

Nota sat est cunctis, & tanta est, ut magis arma

Sera quis haec dicat, jamdudum & debita Moscho:

Quam vel præpropera, injustis arreptave causis.

Ne tamen ignoret quisquam hujus semina bellis,

Præcipue milles varijs ad ductus ab oris:

Gesta placet memorari illi, saevosq; dolores,

Et Regno illatos, & nostro nuper honori.

Inde palam ut paiceat, toti innotescat & orbi,

Nel prætermissum jurelo conforme quod esset,

Conveniensq; aequo, faciendaq; utile paci.

Ipsa modis sed enim cunctis concordia frustra

Tentata est: siquidem surdas sonus ad volat aures

Ho-

STEPHANEID.

*Hosti effrenato, Spiranti immania queque.
Nunius ad tantum Lopatinscius ito Tyrannum,
Perjurum, pacis violentem juraq; Moschum,
Et nostra hac illi placitura haud nuntia fert:
Non illum insidijs sed aperto invadere bello
Propositum nobis: si quicquam cordis habebit,
Stabit nos contrā: latebris nec fidelis operis.
Hac ferat ad sevum missus Lopatinscius hostem.*

*Ne verò quisquam arguerit nos sanguinis esse
Moschorum cupidos: testamur sidera cœli,
Hac sceptræ, hasq; datus Regni testamur habenas,
Invitos in bella trahi: sine sanguine nunquam
Bella geri scimus. Quare per sceptræ, datiq;
Imperium Regni, cunctis, quicunq; tenentur
Legibus armorum strictis, dextraq; fideq;,
Hac mandata damus: Sic sic moderetur ut armis
Quisq; suis, ne sit Moschos violare necesse,
Ni dare se se ausint campo, vel credere pugna:
Aut in præsidij hostem defendere nostrum.
Nam velut à magno Duce solo injuria magna
Jllata est nobis, data belli occasio Spiritus hujus.
Unus ut hic nostrum oppugnat crudelis bonorem.
Hujus ut unius sitis atq; immensa libido
Sarmatijs terris magnam substraxit opum vim:*

B

Sic

Rex per Basiliū Lopatinscium Moscho bellum denuntiat.

Rex juber moderari armis.

Rex à solo Magno Duce Iesus in solo vindictam querit.

L I B E R I.

Ferreus ecce lupus somno olli apparet in alto,
 Quiq_z lupos alios centum imo in ventre gerebat,
 Tollentes fremitum ingentem magnosq_z ululatus.
 Excitus è somno Dux somnia visa recenset:
 Explicat bac illi venturi præscius Auctor,
 Nido Aquila (ut perhibent fasti) Lesdzeico repertus:
 Ferreus ille lupus magna Urbs est, inquit, in ipso
 Ventre ludi centum, collectos undiq_z signant
 Gentibus è multis varioq_z ex agmine Cives.
 Quare consilium fuerit Dux optime, nostrum
 Errigere hic Urbem, qua Vilna & Vilia in unum
 Concurrunt amnem: Caput hanc Lithuania dicet,
 Atq_z Ducum sedem translatam ex arce Troensi.
 Consilium exsequitur Dux, Vilnam fundat & urbē:
 Lithvanas inter quæ tantum prominet urbes,
 Quantū inter reliquos noctis micat Hesperus ignes.
 Hinc ortum hoc dicens de consultore propago,
 Siue à consilio, seu Nido nomina dicit:
 Vis etenim alterutra hac Radzvila est insita voci.

Ille igitur Princeps canis licet obitus annis
 Agmine Lithvano instructus prætit: additur illa
 Pannonia gentis Ductor Beckeschius, armis
 Consilijsq_z valens, & doct_a munere lingua.
 Ambo utræ objiciunt se se ad avortia nota

Vilna condita circiter annum Christi

1305.

Palatinus
 Vilnen. &
 Casparus Be-
 keschius iti-
 nera circa
 Polotiam
 claudunt.

Ho.

STEPHANEID.

*Hostibus, observant fallacis avia sylva
Hinc atq; hinc, omnemq; aditum custode coronant,
Ne quid quam auxilij capienda accedat ad arcem.
Subsequitur toto Rex cinctus robore belli.* (tus,

*Hic Dux Christophorus Radivilo sanguine cre-
Dum primo incursu trepidantem territat urbem,
Atq; huic se comitem Iulanus jungere gaudet,
Quem Charitum decus, & Musarum enutrijt ordo
Dilectum Regi, secretaq; multa scientem:
Ecce duo occurunt fausto velut omne Moschi
Extra Urbis portas palantes mænia circum.
Ilicò Iulanus laudum perculsus amore,
Vectus equo celeri fugientes fervidus hostes
Insequitur jam jamq; manu tenet, & ferit ense.
Saucius alter abit: lethali vulnera at alter
Sternitur, exanimisq; velut procumbit humi sus.*

*Egregia hac laudans Princeps Radivilius ausa
Magnanime o Paule, inquit, Martem jungere Mu-
sic pulcrum est, maiorq; hinc surgit gloria bello. (sis*

*Hac inter, primo armorum flagrante tumultu,
Et Sithnam, & Crasniam, & Cofianam excursio
Militis aquavit terre, in cineresq; edegit. (saxi
Trajecto tandem Dhuna vallare Polottam,
Agminaq; agminibus conjungere, castrag; castris.*

*Arces Sith-
na, Cratna,
Cusiana, per
excursiones
deletæ.*

LIBER I.

Rex triplici
obsidione
Poloniam
cingit.

Situs Polo-
tiae.

Pelotia Vrbs
igne deleta.

Rex jubet. Obsidio triplici, ex parte paratur.
Quà spirat gelidis Bircas animosior auris,
Custra ibi Rex habuit, positis longi ordine signis,
Pannones at juncti Lithvanis castra tenebant,
Ad Dhunam ripas quà conditur occiduus Sol.
Quà verò est Orsens, ibi Rosdrasevius agmen
Teutonicum, parte haud sat tuta, Ductor habebat.

Urbs erat in plano: pons illam junxerat arii,
Quas intersecuit liquidi brevis unda Polottæ.
Arx sibi celsa duos circumdedit aggere montes,
In quibus est sita: quam paries densissimus ambit,
Intus humo aggesta, Et saxonum mole repletus.
Roboribus diversis propugnacula structa
Huc illuc circumspiciunt, aditumq; repellunt
Oppugnanda arcis. Montis fossæq; profundiæ
Ipse Polotta intrat partem: pars altera Dhuna
Cingitur: at remanet fossæ pars tertia siccæ.

Urbs versa in cinerem est: propriorq; accessus ad
Faclus, Et ingenti tormenta explosa fragore, (arcem)
Exonerantq; globos candentes, grandiq; arcis
Robora perterebrant, illic meditantur Ignem.

Ecce autem ingentem pingens in nubibus arcum
Nuntia Iunonis pluviasq; imbresq; frequentes
Desuper effundit: soles sine Sole sereno

Obsidione
durante, ma-
gna pluviarū
iniquitas.

Ire

S T E P H A N E I D:

Ire jubens multos: multarum obſtacula rerum.
Hac ingens ſed enim pluvij inclemētia rati
Militis haud animos & fortia pectora fregit.
Sci ius iſurgunt, arciq; incendia miſcent,
Et magnum oppugnant magnis conatibus hōstem.
Ille ſed e contra obſtruit at nr corpoſe tcto,
Iampadaq; ardente m quā tignis hafit adēſis
Securus mortis, densa inter tela globosq;
Suffocat, pariterq; perit: ſuccedit at alter,
Nec ceſſare datur, nec respirare potefas,
Conſeitim oppofiti hōſtes ſtant tela omnia contra,
Inq; rictem jubeunt, nec fas ſlatione moveri.
Quale ingens ſaxum, qualis præruptaq; rupeſ
Fluctibus affiduis tunnidum quam verterat aquor,
Non cedit retiro ſed fundo immobiliſ heret:
Talis viſ animi eſt in defensoribus iſtis.
Fruſtra ergo effuſx rires, primoq; ſub auſu
Sors hōſti, facies aſpirat & horrida cœli.

Gesta ſub hæc Uadas praeflanticopore Pannon
Dux pedi:um egregius, dum ſeptos aggere Moſchos
Efulminilus tormentorum, explosiveq; fatigat
Candentii ferro, dum ſedulus omnia tractat
Parte illa qua Bekeſi munitione ſtabat,
Eutorum artiū ſuimmatio, miſſum eminus alta

Fortitudo
Moſchorum
in defenden-
dis arcibus.

Comparatio

Vadas Mihol
certorum pe-
ditum Hun-
garorum Du-
ctor occubuit
ad Poloniam.

Ar-

L I B E R I.

*Arce globum hostilem femore excipit: inde revulsa
Osa resolvuntur coxendicis, atq[ue] profusa
Vita fluit, tellus q[ue] est largo imbuta cruento.*

*Occidit hei, quem non surce potuere catervae
Sternere, cum patrijs miles serviret in oris.
Stat sua milibus meta: E[st] sine sanguine nunquam
Bella solent peragi. Longo dignissimus evo
Sic occidit Vadas animosus Martis alumnus.
Fertur eum mæsto gemuisse Polotta susurro,
Incusasse simul nimium properantia Fata.
Pannones at magno cum luctu exangue cadaver
Suspiciunt, tumuloq[ue] volunt componere Vilna.*

*Hac ita dum fiunt, miles Germanicus horto
Proximus indulget poclis, passimq[ue] per herbam
Dispersus dormit: longam custodia noctem
Insominem ludo ducens sua tedia fallit.
Quæ postquam vidit vallo vigil hostis ab alto;
Nunc aliquid tentandum, inquit, nunc ipsa vorab
Securi rerum, somno vinoq[ue] sepulti, (res.
Et ludo intenti sunt Teutones: ocyūs illos
Clam ferro incantos densis superemus in umbris.
Dixerat, adjungens socium sibi protinus agmen
Egreditur porta quæ Solis vergit ad ortum,
Hortus ubi stabat, multorum causa malorum.*

Nama.

*Securitas
Germanorū
ad Polotiam,*

*Moschi exar-
ce erumpen-
tes aliquoties
Germanos
milites tru-
cidant,*

STEPHANEID.

Namq; olus infelix quoties hoc carpsit in horto
Occubuit miles medijs confixus in herbis.

Huc ubi per venit Moschus, videt omnia tuta,
Et medio ludo intentos stricto obruit ense.

Hinc alios altum proflantes pectore somnum
Trasadigit costas, ferrumq; in corde recondit.

Corripit hinc Iuvenem ad medium qui plurima no-
Pocula dum vertit pro belle exhausta salute, (Etem
Par morti obdormit. Felix si nulla vel illi,

Aut usq; in lucem potatio tracta fuisset.

Nam similis lethargo, & in experrectus ut alte
Sterterat, hostilem cum somno fertur in arce.

Olli oculos tam dura quies & ferrea pressit,
Nec motum ut stertens nec sensum redderet ullum.

Excussus tandem crapula lentoq; sopore,

Obstupuit media se captum ut vidit in arce,
Et dubitat num sit, se contemplatur & ipsum.

Hei miser epotam execratur ut ore salutem?

Ut circumstantes sua non videt agmina Moschos?

Quid faciat? vitam precibus pretioq; pacisci

Incipit, haud precibus pretioq; inflectitur ullo

Moschus, ad horrendas pœnas cum sanguine poscit.

O misera & non visa prius spectacula mortis.

Brachia nam terebro crudelis perforat hostis,

C

Tra.

Crudelitas
Moschorum
in captiōe
Germanos.

L I B E R I.

Trajicit & longum per facta foramina funem:
 Sic vivum muro demissum ventilat alto,
 Tristis voce ululantem, & toto corpore nudum,
 Aethere & in medio implorantem plurima frustra,
 Donec lenta fames, tortura infanda, sitisq;
 Singultantem animam eliserunt ore recuso.
 Hoc de securis monstratum in forme trophyum.

At tandem calo discussa nube sereno..

Exoptata dies fulsit, qua spemq; animosq;
 Hostibus infregit. Nam flamma injecta sub imo
 Propugnaclo arsit, ventis que plurima crevit,
 Corripuitq; trabes, ut quae connexa fuerunt
 Incerturis tabulata suis, ea ab igne repente
 Cum sonitu subitam dederint resoluta ruinam.
 Nec sese ulterius tenuit iam militis ardor.
 Quin fossam simul & fluvium superare Polottam
 Ausi omnes, clivo propugnacloq; potiti.
 Iamq; manus ardentis super ardua culmina tadas.
 Conjurunt: alij valvas & concita dudum
 Limina tormentis summa nituntur opum vi
 Eruere, atq; hostem dextra propiore ferire
 Tela per atq; ignes. Sed vi majore repulsi
 Retro abeunt, palmam & so tamen hoste reportant,
 Et propugnacli clivum intantur adeptum.

Igne

Die 29. Au-
gusti incendi-
um Polotiae
illatu hostes
ad dedictionem
coegerit.

S T E P H A N E I D:

Igne viam atq; aditum patefactum vidit ut hostis:
Ecce nova & interius se munit aggere fossa,
Husq; moras fecit lethi discrimine parvo.
Verum nulla quies spatium illi nec datur ullum.
Namq; tenens clivum transversas ducere fossas
Conaturq; hostem hinc atq; hinc circumdare miles.
Parte autem ex alia conjecto communis igne
Emissisq; globis candentibus ardua rursus
Arx incensa fuit, fumans radicibus imis.
Et jam jamq; magis flamma exsuperante ruinam
Ferre videbatur, cum tandem dedita Regi
Submittit sese, vitaq; paciscitur usum,
Gratia quam Regis victo donauerat hosti.

Vestibulo in primo qua propugna clafenestrarum
Vulcano superante dabant, vestigia cadi
Cernere erat varie, tres persos sanguine postles.
Ora virum atro vidi squalentia tabo.
Pars trabe operta fuit: pars igne absunta inimico
Hesit adhuc ossis: sed flammarum extinxit ut alter
Pariete colloso cerebri fragmenta reliquit.
Multi semineces spirabant undiq; strati.
Glans caninis expulsa cavis, quos eminus ictu
Non pleno tetigit. Nec solos contigit hostes
Iste dolor: occidit miles quandoq; peremptus

Moschi inco-
lumentem
parti Poloniam
dedun*e*,

Descriptio
arcis cap*tu*o.

L I B E R I.

Regius, agnoviditq; habitus atq; ora suorum
Cesorum fratrum inter sparsa cadavera Pannoni.
Quadrupedes etiam per rura hostilia passim
Procubuerent, herba sive infelicitis ab eis,
Sive fame enecti, tormentisq; eminus icti.
Et latè ingentes alcebant ossibus agri.

Miles ut ingressus fuit arcem, copia tanta
Pulveris inventa est, Et copia tanta globorum,
Quanta queat nulla reperiri forsan in arce
Principis ullius. Res bello qualibet apte,
Regi præsidio, terroriq; hostibus, omnes
Arce reservantur, si quis porrò exigat usus.
Cetera pars præda pugnacibus obtigit Hunnis.

Primus at in reliquis qui primam lampada ad ar-
Intulit, ille sibi nomenq; decusq; paravit. (cens
Obscurog; loco quanquam satus, esse Polonum
Intrepidum ostendit, quando tela inter Et hostes
Supposuit flamas, Et missam ex arce Sagittam
Excepit tergo, pulsusq; repente refugit,
Telum humeris referens: quem deinde Polotta recepit,
Ore reflantem undas madidaq; in ueste natantem.
Ut primum socijs superato est redditus amne;
Non ille humentes desiccat uestibus undas,
Eximit aut telum: Regem sed teliger intrat,

In arce capta
omnium re-
rum abun-
dantia.

Qui primus
incendium
Polotie in-
tulit à Rege
magna muni-
ficentia asse-
ctus.

De-

STEPHANEID.

Veste vaporante, Et madefacta sanguine E unda.
Rex probat bac ausa: Et belli applaudente Senatus
Præmia virtuti dat: Nobilitatis honorem.

Addit agros: addit pagos: pariterq; colonos.

Utq; rei possint scri meminisse nepotes;

Vir medio in clypeo flagrantem pingitur ignem

Ferre manu: supra clypeum galea extat aperta.

Hoc insigne sua peperit virtute Polonus,

Nomen habens ejus quem tunc tranaverat amnis.

Hactenus hac. Geminis Turoulia cingitur undis

Amne à quo nomen dicit, Dhunq; profundo,

Confluxuq; horum pars arcis major obitur.

Qua patet at terra inter ripam utramq; relictæ,

Transversus lacus hic arcem, velut obice, claudit.

Ut jacet hac media interq; Ulam interq; Polottam,

Pluraq; præsidia atrox qua non abstulit hostis

Altius in Dhuna ripis sita: sic facile omnem

Interclusit opem, Et quicquid belli exigit usus.

Hinc Et defectus frugumq; penuria magna

Orta fuit, pretiumq; auxit per Regia castra.

Ipse Palatinus Vilnensis iussicerat ire

Principiò huc Zucum, tunc quando Polotia capit

Obsidione angi: sed Zucus repperit arcem

Rebus abundantem cunctis, Et milite firmam.

Poloinski.

Situs Torou-
lia.

C 3

Uiri.

Franciscus
Zucus primus
Toroulianus
missus.

L I B E R I.

*Viribus ergo impar, tormenta minoraq; ducens
Nil agit ex votis, infecta reg; recedit.*

*Ecce aliud postquam Turoulia conspicit agmen,
Saltem armaturæ levis, ipsos nempe Cosacos,
Quorum Ductor erat Lucomscius, omnia credens
Agmina Moschus adesse, ipsis velocior auris
Per portam aversam magno dattergapavore,
Atq; Palatinos, simul ipsam & deserit arcem.
Sicq; Palatinis desertaq; arce potitur
Miles: at ingenti ingeminat dum jubila plausu
Latitie signum tormenta explodere gaudens;
Ecce inter tabulata, atq; inter lignea texta
Flammea ingens oritur, qua circumfusa repente
Arcem, quam miles modo vix bene ceperat, haurit.*

Constantinus
Lucomscius
Vlensis Pra-
fectus.

Toroulia ci-
tè occupata
& iterum a-
missa.

Socolæ situs.

*Socola at longe tristissimus extitit arcis
Exitus. Hec versus Aquilonem tendit, iterq;
Plescoviam recta monstrat: majoreq; parte
Cingitur irriguis Drissa Nissaq; fluentis.
Huc se intulerant Moschorum millia quinq;
Quando Palatinus Vlensis prævia belli
Agmina agens, nec non Caspar Bekeschius, omnem
Obsedere viam, hostesq; exclusere ferentes
Auxilia obcessis ad parva fluenta Polotta.
Missus ad hanc primum fuerat Voleminscius arcem,*

Hinc

STEPHANEID:

Hinc Dux Christophorus Radivilius: ambo parati
Excurrunt, hostesq; armis & voce laceffunt.
His sed enim tormenta dabant propiore locato,
Arci intervallo, tutum in loca firma recepium,
Cedentesq; hostes retro post tormenta latebant.
Pugna levis commissa, & velite milite tantum
Certatum fuerat, paucis utring; peremtis.
Nulla mora est, mandat majores ducere vires.
Rex, & Socolam summa oppugnare jubet vi.

Ergo Palatinus, cui clara Podolia paret,
Qui quondam ad Nestrum I bracas fudisse feroces
Dicitur, alq; Scythas agris repulisse Podolis:
Quiq; suit bello Ductorum primus in isto.
Meletius famâ praestans, insignis & armis,
Certa Polonorum ducens peditumq; equitumq;
Agmina, Germanos quis Rosdrasevius addit
Se comitem, & casus Wejeras jungit in omnes:
Pontem opere effectum celeri ipsis sternit in undis
Irrigi Drissa, & crebris tunc imribus aucti:
Transit aquas, Equitesq; jubet subsistere utrumq;
Amnem inter, qua sylva arcis vicina propinquat.
Mox mandat ducta ut fiat munitio fossa
Oppotuna loco, & tormentis apta locandis.
Inssa Poloni explet prope parvi flumina Nissæ:

Tenu

Christophorus Radivilius, & Johannes Vo'emin-scius velitationibus ad Socolam dicimant.

Nicolaus Melletius Poldilæ Palatinus cum Equitatu & peditaltu Polonorū & Germanorū cohortib; Socolā mittuntur.

Christophorus Comes de Rozdrazé Capitanus Zanciciensis, &c.

Germanorū Dux.

L I B E R . I.

Ioannes Sbarasius Palatinus Braslavensis.

Socola sub noctem incensa.

Moschi ex arce incensa fumam moluntur.

Moschi à Polonis & Germanis in arcem rejiciuntur.

Germanino intelligunt Moschos deditioem invenientes.

Teutones at Drissa. Effugium qua parte patebat Hostibus ad Nissam consistit milite certo Sbarasius cinctus, partes custodit Eris.

Iam sese sero condebat vespero Titan Quando globis altam quatunt carentibus arcem Artifices, dantq; ingentem tormenta fragorem. Forte alijs miles miscet dum partibus ignem, Distinet Eris Moschos, flammasq; extinguere cogit: En alia glans parte trabes, se figit in imas, Et primo fumum mox sensim suscitat ignem, Qui nulli visus sed tardè cognitus hosti, Attollens latè vires complectitur arcem, Deq; sua facit hostem desperare salutem.

Quà medium Sol parte diem notat exitit illie Porta patens, parvq; ad Nissa fluminat tendens: Hac globus hostilis confertim crumpere tentat, Sed frustra: oposita occurrunt nam parte Poloni Germanis juncti, signo in sublime levato.

Sic Moschi in flammas sic rejiciuntur in Arcem. Quos premit ut magna vi miles, Signaq; seq; Porta arcisq; infert: notat hostis deditioem Supplicibus verbis, nutu illam signat Eris armis. At Germana cohors, ut lingua ignara Ruthena, Nil capit illorum: verum alto corde revolvit

Tri-

Triste genus tormenti, quo cruciare solebant
 Capti vos Moschi oppugnati ad rura Polotta.
 Ergo furens miles Germanicus omnia replet
 Horrenda strage, & socios ulciscitur omnes,
 Qui capti nuper letho periere nefando.

A tollitq; animos, furijsq; accensus & ira
 Per medium irrumpit (visu miserabile) flammam,
 Tristiaq; ambustis permiscerat pralia dextris.

Quò non auri ardor mortalia pectora cngit?
 Dum nimium prædam sitiunt, inhiantq; rapina,
 Abiutus ignis edax præstantia corpora queq;.

Moschi ut incensa Germanos vidit in arce
 Nec precibus flecti, nec ditione moveri:

Quando ergo nullam fas est sperare salutem,
 Nunc moriamur, ait, sed non moriamur inulti.

Sunt etiam nobis arces defendere sueta

Pectora: sunt animi vitam contemnere sueti.

Hec fatus Turri Cataractam mittit ab alta,
 Obstruit & portam: sic partem excludit ab arcis
 Ingressu, partiq; regressum denegat omnem.

I. istu & infasto hic committitur omne pugna.

Vis etenim flammæ omnes desperare coegerit,

Inclusos & circumfusos ignibus omnes.

Nec quæ se eripiunt, nec quæ quisquam excat arce

Germani
crudelitate
Moschorum
quam in capti-
vos Germ-
anos ad Polo-
tiæ exer-
cuerant irri-
tati, cædem
acerimè mi-
scerent in arce
Socola.

Quidā pre-
dæ cupidita-
te pereunt.

Moschi Ca-
taracta Turri
imminente demierunt, &
portam arcis
obstruunt.

Pugna ex de-
spiratione u-
triusq; partis.

L I B E R I.

Monstratur via: sed junctim sine lege perentos
 Victores vicosq; baurit communiter ignis.
 Correptum hic flammis densum funale coruscis
 Coniicit in nostros, strictum simul & rotat ensim.
 Hic pilum jacit, hic raptum de pariete tignum,
 Ollasq; patinasq; incurvatosq; lebetes,
 Res epulis quondam, tunc bello & cadibus aptas.
 Ille rotam, ille axem, & quicquid dabat ira, furorq;
 Intentat miser: hic telis sudibusq; praestis
 Stratus humi quamvis, ictus minitatur inanes,
 Et moritur, moriensq; alios secum injicit igni,
 Sicq; mori medio pulcrum putat hostis in hoste
 Ecce foris stantes connixi corpore toto
 Objectam porta Cataractam avellere certant,
 Et tandem effringunt convulsam limine ab ipso.
 Atq; hic cernere erat nostrorum corpora multa
 Sancia, & ambustis e porta crumpere membris.
 Hinc reliqui effusi stationem rumpere tentant,
 Atq; fugam arripiunt Moschi, quaruntq; salutem.
 Sed fuga praeclusa est, & glandes grandinis instar
 Convolitant: nulli mortem evitare potestas.
 Hei quantæ misericædies fugientibus instant?
 Gliscit pugna atrox: sternunturq; obvia quaevi
 Agmina, fæmineis resona ululatibus intus

Milites foris
 stantes Cata-
 ractam à por-
 ta avellunt.

Moschi ex ar-
 ce effusi om-
 nes trucidan-
 tur.

Aene

S T E P H A N E I D:

*Atx ardens: clauso nām multa in fornice matres
Dum vitam querunt, bas fumus strangulat ater.
Iamq; ignes superant: tenebrosa nocte fit aēr
Lucidus: ipsa procul flamasq; Polotia vidit.
Occidit hostis atrox: domus occidit: occidit ignis.*

*Suffa lacu spatioſa, ē campo cincta palustri
Integra stabat adhuc, hostemq; inimica tenebat.
Sed quia tempeſtas pluviarum, ē crebrior imber,
Omnia replebat, potiorq; occasio rerum
Iam fuit exacta, ē jam fessus militis ardor,
Tempore difficiili hoc Suffam oppugnare vetabat
Consilio Rex ipſe gravi: sed protinus arcii
Dispositus turmis hinc atq; hinc claudere mandat
Accessum auxiliij. Nec fallit ſpes ſua Regem.
Nam neq; Suffenses, amissa Polotia quando
Iam fuit, in longum poterant defendere tempus
Seq; arcemq; iſtam. Quin Magnus ſcripſerat ipſe
Littera cen docuit caſu intercepta Polonis,
Melecioq; Ducicūm capto reddita Moscho)
Defoſſis tellure ſacris ſcriptisq; librisq;
Deletisq; igni tormentis, pulvere ē omni,
Ipſe fuga miles ſibi vita ut quereret uſum.
Mox etiam ſcripto Dorohoftaſcius hostem
Edocet, ut ſibi ſit commiſſa Polotia cura,*

Suffa lacu.

*Rex non ju-
bet Suffam
oppugnare,
ſed faltem
omnem ac-
cessum auxi-
lij praeclude-
re.*

*Litera Magni
Ducis Mo-
ſchoviae ad
Suffenses da-
te intercipi-
untur.*

*NicolausDo-
rohoſtaſcius
Palatinus*

L I B E R I.

Fretus equo, & fruges passim proculat agrorum.
Tollere que secum nequit, igni perdit iniquo,
Cultori morto collectasq; haurit aristas.
Qualis ubi aggeribus perruptis Insula liber
Amplius includi non vult, non arte domari,
Fertur in arva ferens campaq; potitus aper te
Insula quos claudit Gedano vicina virentes.
Haurit agros, pecudes, pagos, sata lata, hominesq;.

Nunc finis belli. Moschorum millia multa
Occubuerunt: quibus melior fortuna pepercit,
Ex deflagrata Socola quiq; relicti,
Hi ducti ad Regem manibus post terga revinctis
Iabant, & veniam pariter vitamq; rogarabant.
Ipse ego cum praesens horum spectator adessem,
Non homines rebar, sed agrestia bruta ferasq;
Et tamen histanta est regnandi innata libido.

At vos ô Proceres, vos Primoresq; Poloni
Concilium magnis Regni de rebus agentes,
Consulite in medium, & conjunctis viribus ac vi.
Nunc agite, & Regi unanimes succurrite vestro.
Bellum opportunum hoc, & fausto nomine gestum,
Successusq; urgete istos, urgete laborcm.
Nulla diu melior fuit hac occasio belli.
Sape quidem premitur sperata gloria palma

Comparatio.

Ex Socola
deleta Capti-
vi nonnulli
servati & ad
Regem ducti.

Votum pro
Continua-
tione belli.

Sed

STEPHANEID:

Sed iusto in bello tandem bona causa triumphat.

Has inter voces, meaq; inter talia vota

Dum volat ad Regem auratis victoria pennis:

Ille animum in partes convertit providus omnes,

Praesidium firmum captasq; locavit in arces

Regrediens, plenosq; ferens ex hoste triumphos.

Cujus in occursum tendit promiscua turba,

Matres atq; viri, pueri, innuptaq; puella

Lithvania gentis, latum Paanaq; tanto

Victori ingeminant. Sed enim numerosior Ordo

Civicus, egreditur Vilna, Regemq; salutat,

Crebraq; disploidit tormentis grandibus ara.

Latitia exultant montes: cœlumq; fragore

Intonat: ipsi amnes & Vilna & Vilna lati

Excepere suum gratanti flumine Regem,

Ocys & sacri duxere ad limina templi.

Quò simulac venit Rex, grates pectore dignas

Vota Deoq; egit: non Numinis immemor unquam

A quo certa salus: à quo victoria pendet.

Concilium interea generale indicitur, omnis

Inlyta quò veniat Procerumq; Ducumq; corona.

Mox coijt Regnicum Nobilitate Senatus,

Istula Varsavios quà prater labitur agros.

Huc igitur Rex tendit iter: sed flumen ut ipsum

Rex praesidio
captis arcib⁹
imposito in
Regnvm re-
greditur.

Regi reduci
omnia con-
gratulantur.

Rex in Temp-
lis Supplica-
tiones fieri
jubet ab cap-
tam Polotiā.

Rex Comitia
Varsaviae ha-
benda indi-
cit.

Con-

L I B E R I .

Rex Grodze
paulum sub-
sidit, sed nū-
qua ocofus.

Contigit, antiquam Grodnę quod preterit arcem:
Rex subjectorum causas auditq; iuratq;
Rex nunquam curis vacuus: nisi si qua quietem
Nox dare consuevit: sed Ḧec brevis esse putatur.
Venatum interdum egreditur, cornuq; sonanti
Inimices excire feras, Ḫternere novit
Vectus equo. Haud illi sese ullā impunē tulisset
Obvia venanti fera: seu pedes iret in illam,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

Caspar Beke-
schius mori-
tur Grodze
mente No-
vembri An-
no Christi

1579.

Corpus Be-
keschii iussu
Regis Vilnæ
in excenso
monte sepe-
litur.

Rex curat Be-
keschii in
monte arci
Vilnaensi pro-
pinquo, qui
Calvus di-
citur, moni-
mentum ex-
stret.

Fortè sub id tempus morbo consumitus acerbo
Vitales liquit Caspar Bekeschius auras.
Cujus reliquias Ḫ lamentabile corpus
Rex Vilnam ferri jubet, atq; in vertice montis
Servari: haud procul à tumulo, quo conditur unus
Ductorum belli Vadisch, quem Pannonis ora
Ediderat Marte egregium, nulliq; secundum.
Fare a sedá tergo veniens rapuitq; tulitq;
Tempore quo cinctus fuit obsidione Poloita.

Fortunati ambo: quos Regis cura perire
Non sinit, ast illis vitam post funera prabet.
Nam fanum fieri supremo in culmine montis
Rex jubet aterni, signum memorabile honoris.
Hær pietas, hær prisca fides, Ḫ Regia virtus
Landibus attulenda polo: Bekeschius olim

Ob.

S T E P H A N E I D.

Obliqua invidia stimulisq; agitatus inquis
Ausus in hunc fuerat bello consurgere Regem.
Rex tamen hunc bis victum, dare terga coactum
Erexit rursum, summis Ḧ honoribus auxit.

Gloria non minima in Rege est qui cetera vincit,
Idem animos, iramq; suam si vincere norit.
Et jam fama volat totum vulgata per orbem,
Dumq; fluet liquido commixtus Uilia Vilna,
Lambet aquis Calvum dum parvus Vilnaq; montē:
Semper bonos, Regisq; decus, laudesq; manebunt:
Æternumq; locus Bekeschi nomen habebit:

Ecce autem paucis affertur Epistola verbis
Scripta Palatino Vilnensi, Volvicioq;
Eustachio: haud illam Magnus, misere sed illam
Romanovicius Sacharinus, Mscislaviusq;
Legati Magni Dicis. Olli hortantur ut omnes
Lithvani Proceres Regni intra limina deinceps
Contineant Regem, nova ne rursum induat arma.
Magnum namq; Ducem summo exarsisse furore
Fama ubi sparsa fuit victum occubuisse Polottam.
Ergo ipsum clades volvisse ulciscier istas:
Sed tandem votis vicium precibusq; suorum
Christiadum imprimis optantem parcere cadi
Armarepressisse, Ḩ s̄avum domuisse furorem.

Rex seipsum
vincens.

Litteræ é Mo-
schovia per
nuntium Mo-
schicum affer-
runtur à duo-
bus Legatis
Novogrodicæ
Duce Ioanne
Theodori F.
Mscislaviense,
& Mikita Ge-
orgij F. Ro-
manovicio
Sacharino ad
Nicolaum Ra-
devilū Palat-
inū Vilnen;
& Eustachiū
Volviciū
Castellarum
Trocensem.

E

Qua-

L I B E R I.

Quare opera Proceres simili efficiantq; labore
Abfistat bello Rex: intra limina Regni
Contineat fese: Legati mutui cunto:
Qui pacem, Et pacis possint componere leges.

Rex ad Co-
mitia se con-
fert.

Hac inerant scriptis. At Rex instantे Decembri
Concilium petit: Et res gestas ordine pandit.



DANIELIS HERMANNI BORVSSISTEPHANEID:

Liber secundus.

Nclytus ut coijt Regni de more Senatus,
Augusta gravitate sedens, atq; ordine longo,
Regis verba facit Samoscivs ore diserto.
Qui veterum exemplo Martem conjungere Musis
Audet, & hinc gemina virtute in utrumq; paratus,
Aut tonat eloquio, & facunda flumine lingue,
Concilio in medio quoties Respublica poscit:
Aut pro communi fert & regit arma salute.
Hic igitur tali alloquitur sermone Senatum.

Augusta gravitate viri, qui casus agat res,
Et quo sit fortuna loco novissimus abunde.
Quod faustum felixq; igitur sit & utile Regno,
Septem arces nuper felici Numinis captas,
Inq; potestatem Regis rediisse subactas
Iam nulli obscurum est. Ergo præstantibus ausis
Bellum aquum & justum hoc, & dextro sidere capa-
Successusq; urgere istos, urgere laborem, (tum
Consultum Rex ipse putat: Num quod bene caput,
Non bene deseritur tanto hoc in cardine rerum.

E 2

No-

Ioannes Za-
moiski de Za-
moscie Reg-
ni Poloniæ
Cancellarius
Capitaneus
Bekzenis,
Medzericen-
sis, Garvoli-
neñ, Knisi-
neñ, ac Za-
mehen, in
Comitij Re-
gis nomine
ad Senatum
verba facit.

Oratio Can-
cellarij in qua
& hactenus
suscepti, &
deinceps su-
scipiendi co-
tinuadiq; bel-
li causæ recé-
sentur.

Propositio.

Ratio.

L I B E R II.

A natura ho-
stis.

*Note artes hostis. Semper cui frigida bello
 Dextera: ad insidias habitus sed callidus Auctor.
 Promissam violare fidem, pacemq; sequestram
 Rumpere religio nulla illi: fasq; nefasq;
 Et dolus & virtus nullo discernine habentur.
 Ille quidem pacem exoptat: sed pace sub ipsa
 Sape datam confirmatam quoq; juramento
 Hactenus abruperitq; fidem, multosq; sefellit
 Sarmatia Reges. Nec longè exempla petantur.
 Namq; Sigismundo Augusto olim scripsit, ut ex pers
 Securusq; mali Oratores mitteret amplos,
 Mutua non dubia facturos fædera pacis.
 Hæc simulans simul in vasit cepitq; Polottam.
 Fraude pari Henrico Regi imposuisse videtur,
 Facta ubi s'pe pacis Livonum irrupit in arva,
 Parnovia & capt a loca sanguine multa replevit.
 Talibus insidijs perjuriq; arte Mosochi
 Fortè moram extremis ut Regni in finibus egit,
 Circumventus erat Rex. Nam fiducia pacis
 Ut data ei fuerat: Legatos misit, at illi
 Vix ubi Moschovia fines tetigere propinquos,
 Livonum in terris passim per rura per arces
 Fervere cæde nova Moschum audi vere furentem,
 Vastantem & late vacuos cultoribus agros.*

Mens

STEPHANEID.

Mens meminisse horret: quas ille immunitus ac sis
Christiadum ediderit tunc sirages ense cruento.
Sanguine casorum impletas suxisse papillas.
Credibile est illum: puer quaq; ubera mater.
Prabuit, Hyrcana quiddam de Tigride suxit.
Non hujus stirpis Romana ab origine quisquam
Auctor: at hunc genuit duris sub cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaq; admixtum ubera Tigres.
Hic tamen à quodam genus audet ducere Prusso
Casaris Augusti (sifas sit credere) fratre.
Qui quondam Arctoas latè posse derit oras,
Istula qua fluit, & qua Balthica littora stagnant,
Nomine deg̃e suo dedit ipsis nomina Prussis.
Scilicet egregium Romana ab origine Prussum,
Quem rerum natura parens non protulit unquam,
Sed sola effinxit regnandi immensa libido,
Ut quodam quasi jure mare affectare Boreum
Se probet: hinc illi Livones, hinc q; petuntur
Curetes: Lithvani etiam pars magna Ducatus,
Quiq; legunt pretiosa in littore succina Prussi.
Hinc petitur pax: sed quae Regem excludat ab harum
Terrarum jure: ut ferus omnia transferat hostis
Ad se: & quavis possit ditione potiri.
Quae quo respiciant: quis casus & ista sequatur

Moschi crudelitas.

Moschus genealogiam suam deducit à Prusso Casaris Octavij Augusti fratre.

Moschi Genealogia studiōse conficta ad vendicandas sibi provincias mari Balthico vicinas.

Moschus à pacis tractatione vult excludi Livoniām, Chūlāndiam, & partē Lithvaniz.

L I B E R II.

Luce patet clara. Siquidem satis omne superq;
 Vidimus exitium. Quanto ergo impensis aquum est
 Consulere in medium, dum nondum senior hostis.
 Latius imperium nostras extendit in oras.
 Cujus fastus iners, tumidq; superbia mentis
 Ut semper, nuper sic visa & cognita multis.
 Namq; subidiempus quo Regnum ingressus erat Rex,
 Quoq; frequens populus populoſe affluxerat urbe
 Croc tux, auspicio Regis gratansq; favensq;
 Venerat hanc etiam Moschi Legatus in urbem,
 Qui procerum egregia hinc atq; hinc astante corona
 Regis in aspectum veniens, nimis orsa superba
 Prosequitur, Regi q; omnem detrectat honorem,
 Nec multa effatus, tenet os, rupesq; velut stat,
 Verbag; nulla facit, pileoq; immobilis haret.
 Rex jubet ut fari hunc, respondit: Seria Magnis
 Verba Ducas facio, cui ni Rex cedat honorem
 Ipse prior, non jussa mei Ducas ulla profabor,
 Et patrias potius remeabo inglorius oras.

Ergo suos meritò dum Rex tutatur honores,
 Ille sed econtra obdurato permanet ore,
 Indictis rebus descessum est: eq; Senatus
 Moschus abit, secumq; infecta negotia portat.
 O gentem immanem: speluncis abdita in atris

Exemplum
 insolentis su-
 perbizi in Mo-
 schico Lega-
 to.

Moschicus
 Legatus è Se-
 natu Regio
 indictis rebus
 discedit.

Duo.

S T E P H A N E I D:

Ducere quia vitam assuevit, feritate ferasq;
Exsuperat, mores faciles mitesq; perosa.
Nam quid dissimulo? aut qua me ad majora reservo?
Nonne sibi à nobis oblatum sensit bonorem
(Principibus qualis datur) intra Regia tecta?
Num contra Regem est ullo dignatus honore?
Num Ducis admonitus mandata peregit? amicos
Num flexit vultus? num vocem reddidit ullam?
Qua quibus anteferam? manet, aternumq; manebit
Infixa hac animo contemni injuria Regis.

Nunc habeat tecta fallax quid Epistola fraudis
Expediam, Et paucis (animos adhibe) docebo.
Insidia, Et scriptis latitat dolus omnis in istis,
Longa quibus trahitur mora: belli occasio ut omnis
Deficiat Regem: causa necuntur inanes
Commoti Ducis, Et repressi deniq; belli.
Si quam etenim sumtis spem Moschus forsan in armis
Ponit adhuc, non is vindicta oblitus, Et ira,
Cessabit deinceps, quam quarit, rum pere pacem.
Nulla fides pietasq; illi qui jura fidemq;
Sapiens abrupit, frandum ingeniosus ad omnem.
Verum esto, cupiat non ficto pectori pacem,
At nec dum reddit Livonum quas tenet arces,
Avulsa Et Regno per multa Boristhenis arva,

Declaratio
Epistole à
Legatis Mo-
schicis missa.

Ho-

LIBER II.

Horum etenim innemorem gerit omni tempore men-
 Tantum \mathfrak{G} best ut spiate ablatas restituat res, (tem,
 Omnipotetiam plura auctu acquirere certet.
 Parcere Christiadum quod cedi, quodz crux
 Expedit: ô utinam ut hec est sera optio, vera
 Sic quoq; sit Moyscho: humano qui sanguine nunquam
 Hactenus expleri potuit: Livonia testis,
 Ingenti campos qua monstrat cede rubentes.
Quod monet ut se se Rex intra limina Regni
 Contineat deinceps, Legati mutui eantq;
 Legatis tentata diu res. plurima frustra
 Fecimus, \mathfrak{G} vacuas labor irritus iuit in auras.
 Vix igitur spes ulla datur meliore futurum
 Hostem animo, qui tam longo jam criminis usu
 Consenuit, furtis vel Verrem vincit \mathfrak{G} ipsum.
Comparatio. Ceu canis hinc inde assuetus discurrere liber
 Frenari nequit in senio, atq; repugnat habens.

Conclusio
 bellum esse
 continuandum, & ner-
 vos conqui-
 tendos.

His ergo atq; alijs causis impulsus honestis,
 Rex bellum ut nuper perjuro indixerat hosti,
 Sic bellum summis renovandum existimat armis:
 Si modò consilio unanimi atq; assensibus omnis
 Concordet Regni summa gravitate Senatus,
 Et adeò reliqui Proceresq; Ducesq; viriq;
 Nobilitate sati. Nectantum assensibus omnes,

$\mathcal{A}re$

S T E P H A N E I D.

Ære sed auxilioq; simul succurrere par est.
Catera fert Regnum: sunt illi fortia multa
Agmina: sunt animi: Et rebus spectata juventus.
At qui cuncta oculis summus Deus aspicit equis,
Ille sit in bello Dux or fortissimus isto,
Ille sit in causa vindicem justissimus ista,
Et meritas pexas scelerato ex hoste requirat.
Hec postquam Regis mandato verba peregit,
Desierat facundo Cancellarius ore.

Continuò inter se collectis undiq; votis
Consensere Duces, Proceresq; Et nobilis ordo
Arma remoliri, Et renovari bella jubentes.
Auxilia hinc cogunt: certatim accurrere Regi
Pro se quisq; suo cupit: ad bellumq; parat se.
Qualis ab aëria præcelso culmine turris
Campanæ sonus incensam denuntiat urbem,
Iamq; ignis superat commoti turbine venti
Auctior, alta ruunt tabulata Etecta domorum:
Undiq; concursus tota densissimus urbe
Exoritur, summis certatur viribus ac vi.
Hic cuneis audet partem divellere muri,
Quà latet ignis edax: summi hic fastigia teclis
Conscendit, largasq; effundit desuper undas.
Ille facultates perituriis adibus aufert

Clausula ha-
bens Verum
pro xquitate
causæ.

Status & Or-
dines Regni
promittunt
nervos ad
bellum, &
auxilia.

Comparatio.

F

Ocy-

L I B E R II.

Ocyus: alter aquas varia urna \mathcal{E} vase ministrat.
Pars coit armata: atq; explorat nequa coorta
Seditio cives hostilia trudat in arma:
Talis erat concursus cum Rex iret in arma.
Undiq; convenere Duces, ruit omnis ad unum
Sarmati Regni Regem bello apta juventus.
Ille etiam qui nunc referebat Nestora voce,
Conscriptit turmas Equitum peditumq; cohortes
Consilio eloquioq; potens Samoscius: olli
Dat clypeum Pallas: dat cetera Mulciber arma
Ipsa sui sed enim monumentum insigne favoris
Sophrosine genitrix oculatum ferre dedit Cor.
Pectore conspicuum quod semper gestet ubiq;
Quo circumspicit casus prudentior omnes,
Quo motus animi regat, \mathcal{E} moderetur eosdem.

Sol erat in Geminis, cum Vilna Nanceucus esset,
Non Moschi Orator, magis Explorator at idem.
Ille refert: Adsum Magno Duce missus ab ipso,
Qui dirum humano dirimi sine sanguine bellum
Optat, Legatosq; tuos Rex affore sperat
Olli (sensit enim fucato corde locutum)
Rex nihil: at jubet hunc sua rursum ad tecta reduci.
Forsitan hic fuerint ejus quæ facta requiras?

Oscicus egregia stirpe, \mathcal{E} genere ortus Equestri

De-

Regni Can-
cellarius con-
scribit militē.

Symbolum
Regni Can-
cellarij: Ocu-
latum Cor.

Nancekinus
Moschicus
Nuntius Vil-
na à Rege pe-
tit, ut Lega-
tos ad Mag-
num Ducem
mittat.

Gregorius
Oscicus col-

STEPHANEID:

Degenere ast animo vir erat: qui seqꝫ suamqꝫ,
Auro vendiderat patriam: hic arcana receptus
Sepe ad consilia, arcana res prodiit omnes,
Cumqꝫ hoste atroci longos colluserat annos.
Clam cunctis, donec Sol crimina tanta reteexit.
Cetera ꝩ hic inter sceleratus proditor, auctor qꝫ,
Hosti erat, ut saltem traheret tempusqꝫ moramqꝫ,
Non acie campo nec congrederetur aperto:
Castra modò ꝩ tutas servaret providus arces.
Sponte secuturum sic belli postea finem,
Aut pacis leges faciles utringꝫ futuras.
Nancecus hunc igitur precibus corrumpit ꝩ auro:
Consulit is consulta priuīs: plura insupper addit.

At celata diu tacito tot crimina corde,
Sol oculus mundi sub apertas protulit auras.
Conscius ipse sibi Vilna exiit Oscicus Urbe,
Molitusqꝫ fugam medijs est captus in ausis.
Et quia nec potuit, volvit nec facta negare,
Ergo erat à toto damnatus jure Senatu,
Morte luens pœnas. Iacet ingens proditor ille,
Avulsumqꝫ humeris caput, atqꝫ infame cadaver.

Non tamen incepti cessit fiducia belli
Sarmatio Regno: quin Explorator ut ipse
Regis in aspectu stetit, illi litera scripta

F 2

cludit cum
Moscho.

Oscici nefaria
consilia
deteguntur.

Oscicus capi-
te plecitur.

Rex dimittit
Nunciū Mo-
schicum cum
literis, quibus

Fit

L I B E R II.

hosti bellum
indicitur.

Fit comes indici belli: simul ipse jubetur
Ire iterum, Et Moscho bellum portare cruentum.
Sic dimissus erat: sed lux ubi postera fulsit
Improvisus adest: Et inexpectata profatur:
Non ulli Regum, non ulli audit a priorum,
Magnus, ait, faciet: Legatos mittet in ampla
Atq; potestate in majori, si queat ullo
Lis dirimi pacto. In dubium Rex talia noli
Verba vocare: moramq; aliquam ne ferre recusa.
Credit: bis denosq; dies Rex pace sequestra
Ire jubet: jam jamq; sacram sucepit ensim
(Quem Papa Gregorius vagina incluscrat aurea)
Insignemq; auro galeam gemmisq; micantem.
Hac Regi egregio prstantia munera missa
Per Paulum Uchanium genere Et virtute potentem.
Rex iter ingreditur tandem, Vilnamq; relinquit,
Acta ubi lux fuerat post Idus tertia Junij.

Munera á
Pontifice Re-
gi missa.

Rex Vilna
discedit.

Lustrationū
locus.

Est locus ad silvas situs, amni proximus Vla,
Dives agri, pecorisq; Et pinguis semine gleba,
Crasnicum vulgus communī nuncupat ore.
Huc delecta virūm concurrunt corpora, equorumq;
Agmina, lustraturq; suis hic miles in armis.
Quos ego tunc Et equos, Et fortia pectora vidi?
Quando recensebat Rex millia multa Lucomla.

Pars

STEPHANEID.

Pars hastas tulit: \mathbb{E} maculosæ tegmine Lyncis
Circum humeros cooperto fuit: pars gesserat alas,
Alite vecta in eque: pars pila minora ferebat,
Arcumq; Clypeumq;, sagittis eraq; pharetras.
Venit in hos etiam tunc Farenbecius agros,
Martia progenies: Equisumq; adduxerat agmen
Leclorum, quos ipsa dabat Livonia tellus,
Et conquesta suum distractum \mathbb{E} flebile Regnum,
Relliquis istis Regi servire volebat.

Parte alia Rex iustrat equos, peditesq; pererrat,
Quos sibi collegit patrijs Samoscium oris, (cor,
Vir magno ingenio, atq; oculatum in pectore habens
Sophrosynes matris clarum \mathbb{E} venerabile donum.
Ille ut erat conforte thori privatus, \mathbb{E} una
Parte sui cordis (fuit hæc, reor, Heroina
Christias, illustri Radevilo è sanguine nata)
Omnia sic viduo tunc signa nigrōre notabat.
Terribile hoc, visuq; horrendum apparuit agmen.
Omnibus hasta nigra, \mathbb{E} nigra vestis, nigraq; signa.
Stabant, atq; aciem referebant ordine structam
In certasq; alas distinctam dispare forma;
Stabant, atq; hæsit pede pes, junctusq; viro vir.
Haud secus acsi quis pugna configere aperta
Iam velit, adverjumq; invadere cominus hostem.

Descriptio
Exercitus lu-
strati

Georgius Fa-
renbecius ad-
ducit secum
turmā Equi-
tum Germa-
norū.

Rex iustrat
Exercitum
Cancelarij
Regni.

Exercitus in
morem aciei
instituitur.

L I B E R II.

Certatim explodunt manuales undiq; cannas
Turba virūm peditum, crebris micat ignibus æther,
Exoritur fumus, nebulaq; involvitur omnis.

A dextra lavaq; Equitum ruit agmen, Æ bastis
Concurrit, celeriqt; in gyrum vertere habena
Certat equum, vacuas pulvis volat actus ad auras
Quadrupedum cursu, cælumq; obducitur umbra
Pulverea. Hicq; aliquis miles non segnior altam
Ingeminat vocem: tali proclamat Æ ore:

O cur non omnes uno datur agmine Moschos
Proterere, atq; ipsum in primis consternere Magnū?

Hoc ubi magnanimus Rex perlustraverat agmen,
Imus in umbrorum nemus Æ stabula alta ferarum,
Compluresq; dies lucis erramus opacis,
In quibus apparent vestigia rara domorum,
Sed magis apparent vestigia crebra ferarum.

Moschus enim ut quondam vires sumebat cundo,
Hac latè grassatus erat, pagosq; hominesq;
Hos tristi exilio flammis subvertit at illos.

Hinc silva est ubi pagus erat quondam populusq;.

Us primūm in celso Vitepscia condita monte
Extulerat visu sese, campiqt; patentes
Ostensi cælo, populose culminaq; urbis,
Miles, io, clamat, tandem nemoralibus umbris

Egref-

Epiphonema
militare.

Lustrato Ex-
ercitu itur
Vitepsciam.

STEPHANEID:

Egressi, hic fessos dapibus recreabimus artus,
Ante prius silvas quam rursum intremus in altas.

Postquam convenere locum cuncta agmina in
Sive ea Pannonio constabant milite, sive (unum,
Sarmatio, seu Lihvanorum signa ferebant:
Hinc abit, inq; duas partes exercitus omnis
Dividitur: bello Ductorum primus in isto
Atratum agmen agens cunctos Samoscium anteit,
Millia cui septem data præstantissima quæq;
Pectora: in egregijs it Covalevius armis
Prævius: Hungaricis it Bornemissa catervis:
Drojovius turmam Thomas hinc dicit equorum.
Christophorus comes hinc illustri è sanguine natus
Rosdrase viadum: cui Farensbecius ultro
Germanos ducens Equites socia agmina jungit.
Hinc Seberdorius: illinc Urovecius ibat:
Multi præterea quorum mibi nomina defunt.
Wojerus sed enim claris celeberrimus armis
Nil aevi graviore, & nil obstante senecta,
Eminet in reliquis, miles spontaneus: illum
Confilijs adhibet Samoscium, & filij jugit
Velissam bi dextra, sed enim Rex parte sinistra
Ufusatam tendit. Cuncti clamore feruntur
In columni: atq; iras animis audacibus augent.

Vitepsicæ
Exercitus in
duas partes
dividitur.

Regni Can-
cellarius cum
septem milli-
bus prætVe-
lissam.

Rex Ufusatam
petit.

Hic

LIBER II.

Difficultas
locorum sil-
vestrium.

Milites vi viā
parant per
silvas densis-
simas.

Regni Can-
cellarius Ve-
lissæ propin-
quans in sil-
vis prohibet
usum tym-
panorum &
tubarum.

Non procul à
Velissa cap-
tus Moschus
examinatur.

*Hic verò ingentes dumis densasq; frutetis
Utrinq; in silvas ventum est: cœn cœtera nusquam
Lustra forent, & cœn silvae nullæ antè fuissent.
Nec datur ire ultra: frondosa est undiq; sepes
Arboris objectu assiduo, ramisq; plicatis.
Non tulit hanc speciem cordato pectore miles,
Et sese medium silvas injecit in istas
Eductus prompta lucos aperire securi.
Fit via vi: rumpunt aditus: silvasq; recludunt
Pannones immisi, & latam dant ore fenestram.
Mox ut aperta fuit via, Cordis Dux oculati
Ordine quemq; sequi, simul alta silentia cunctis
Imperat: abstineant clara voce, atq; tubarum.
Clangorem ponant. de prima nocte sit unum
Indicio lumen: duo lumina quemq; paratum
Esse jubent: tria sed, sul motis cedere castris.
Talia signa sui in tentorij vertice figit,
Quà cancellata est galea atq; albedine fulget.
Utq; propinquabat Velissa, substitit alto
In memore, ad Dhunæ ripas: atq; ecce repente
En numero levis armatura Eques ad volat unus,
Et captum adducit Moschum: Samoscius illum
Accipit, hortatur fari, quo sanguine cretus,
Quid sciat, aut porrò qua sit fiducia Moschis.*

S E T P H A N E I D.

Ille autem: exigui numero sunt arce locati,
 Nec parte hac hostem expectant, nec posse venire
 Hac per lustra putant, perq; hac spelæa ferarum.
 Dicta fides sequitur. Mandat Samoscius omnes
 Accelerare viam, à tergoq; relinquere currus.
 Ventum erat ad sylva extrema. Hic bastilia terra
 Demissa inclinant, hostis ne cernere possit.
 Iamq; locumq; situmq; omnem propè cernimus arcis
 Arboribus tecti. Sed non omnino latere
 Fraus hostem poterat: docuit mox exitus ingens.
 Oppidulum à Moschis nam totum incenditur ipsis,
 Machinaq; é turri pariter disploditur alta.
 Proruit è latebris Equitum peditumq; caterva,
 Atq; hic ingenti se Farensbecius ausu
 Omnibus ostendit: bifores ruit acer ad usq;
 Präsidij valvas, & glandem explodit in hostem.
 Una omnes ruere, & vocem ingeminare videres.
 Considunt castris tandem, arcemq; undiq; vallant.
 Hac stat inequali aggeribus circundata monte:
 Altius insurgit clivus quæ fossa profunda est,
 Catera pars declivis Dhuna cingitur undis.

Protinus erecti multa tellure replentur
 Sub noctem corbes, quæq; hos accedere tutò
 Monstret, in obliquum transverso tramite fossa

Velissenses
nihil de hoste
metuant.

Velissenses
improvisi ob-
sidentur.

Insigne Fa-
rensbeci fa-
ctum.

Munitiones
fune.

G

D.

L I B E R II.

Ducitur, ac magnis tormentis mox geritur res.
Sarmatica exortum Solis munitio spectat,
Hungarica occasum: trans flumen ponitur agmen
Quod negat auxilia hosti, quodq; intercipit undam,
Atq; omne effugium, ut victis fuga nulla superfit.
Ipsi intus parte ex omni pro turribus astant,
Arces affecti invicta defendere dextra,
Multaque disiplodunt tormenta minora frequenter.

Pannones utq; globis carentibus, utq; Poloni
Instant certatim, in rima trabis ortu strinxerint,
Ignis erat: Moschi subito extinxere sed illum,
Deditioq; arcis necdum ulla apparet in hoste.
Ecce autem casu improviso res bene gesta.

Qui primus docuit carentem explodere glandem
(Inventa hac sed enim res hoc á Rege putatur)
Ligneaque ignito rimari mania ferro,
Inventor jussit modico tormenta replere
Pulvere, parietibus qui sic infigere glandem
Posset, ne partes penitus transcurreret imas,
Sed potius trabibus medijs infixā maneret.
Inde fore ut latitans sensim intus cresceret ignis,
Nec facile ignitum foret intus tollere ferrum.
Ergo Polonorum dum quidam ex partibus implet
Pulvere tormentum exiguo nimis & pauxillo,

Casus me-
morabilis.

Per-

S T E P H A N E I D:

Per facilis *velut* est mensura & ponderis error,
Non valuit glans missa arcem terebrare trabesq;
Incidit in pontem: sic pons incenditur igne,
Qui circum fundens se arc*i* extrema minatur,
Princip*u*e ut miles t^uadam supponere certat.
Territus his rebus Mo^schus se dedidit, usum
Sed pactus vita. Sic nullo sanguine fuso,
Omine sed fausto Samoscius arce potitur.
Quo dedit hanc tantam felici sidere palmam
Lux erat Augusti post actas proxima Nonas.
Mox celebratur honos sacrorum: publica fiunt
Vota Deo, cui soli omnes tribuuntur honores.

Iamq; tub*a* lituiq; sonant: Samoscius omnes
Quos belli secum ipse Duce*s* habet, ordine longo
Excipit, & dapibus latos solatur opimis.
Cratera ingentem pro Regis & ipse salute
Eb*ib*it, & Proceres verbis invitat amicis.

Hac ita dum fausta fatorum sorte geruntur,
Rex belli audito eventu mox ad volat ultr*o*,
Et paucis stipatus ade*s*; gratatur, & arc*i*
Prasidium imponi citius jubet; inde Surassum
Regreditur, triplicemq; in Dhuna flumine pontem
Roboribus junctisq; scaphis insternere mandat.
Ecce autem venit longinquis littera ab oris

Velissenses
sexto die Au-
gusti se de-
dunt.

Convivium.

Rex Surasso
Velissam ex-
currit.

Regi Surasso
Viuatam pe-

L I B E R II.

tenti literæ à
Mosch o affe-
runtur.

Missa Duce à Magno, atq; humili perscripta tenore,
Qualem credideris simulato ē corde profectum.
Namq; refert sese Legatos mittere, præter
Majorum, moremq; suum; mandata dedisse
Talia, quæ optata eſſent consentanea paci.
Sed siquidem dubia in diversum mente trahatur,
Quid velit, aut in quo perſtet ſententia Regis,
Ergo iſtis forſan contentum vix fore Regem.
Rex igitur ſua ſenſa animi declarat abundē,
Quid velit, aut in quo perſtet ſententia fixa.
Interea expectet Legatos: finibus inq;
Se Regni teneat, nec Moschica miles in arva
Excurrat: ſitiat ve in ſonem haurire cruento
Christiadum: memori repetat Rex pectore vocem
Ieffida Vatis. Reges namq; ille potentes
Qui populo preſunt, qui terra juraq; dicunt,
Admonet ut ſapiant, Et pulsis erudiantur
Errorum tenebris, Domini ne ſauiat ira.
Hac ſcripto inſeruit Davidis carmina Moschus.
Rex hiſ perlectis coepio haud deſiſtit, iterq;
Propoſitum accelerat, ſtratosq; in flumine pontes
Transit. At hic oritur non ulii per via ſilva:
Quocunq; aſpicias, nihil eſt niſi contigua arbor:
Nulla pedum apparent veſtigia, nulla rotarem—.

Silvarū den-
ſitas.

Fit

S T E P H A N E I D.

*Fit fragor, evertunt pinus radicibus altas,
Arboribusq; plicatos tollunt undiq; ramos
Pannones electi. Rex ut via facta patebat,
Signa Palatini Vilnensis pravia mittit.*

*Qui postquam Usvatam venit Radevilius heros,
Lithuanorum agmen ducens, videt igne crematum
Oppidulum à Moschis jam, vulgusq; arce receptum.*

*Arx jacet in tumulo, lacubusq; est cincta duobus,
Alter in Occasum vergit, pétit alter at Ortum,
Ex quo Usvata fluens nomen tenet, atq; Surassum
Tendit, ubi Dhuna mistis conjugantur undis.*

*Obsidione feros cingens Radevilius hostes
Hortatur, Regi ut dedant maturiūs arcem,
Una salus illis placidi clementia Regis.
Hac per eum, cui Mercurij dat nomina virga.
Illi mente quidem inflata vultuq; feroci
Respondent primū: at postquam tormenta moveri
Conficiunt, unaq; Hunnos sub nocte propinquas
Ad portam fossas celeri duxisse labore,
Equibus adversos hostes sine fine petebant,
Stantes pro turri Caput exsertare timentes:
Ergo paciscuntur vitam: dedunt simul arcem.
Atq; ita Dux præstans Radevilæ gloria gentis
Usvatam Victor sine vicapit, atq; relinquit*

Dux Nicolæ
Radevilus
Palatinus
Vilnensis
præmittitur
Usvatam.

Situs Usvatæ.

Palatinus
Vilneñ obsi-
det Usvatam.

Palatinus
Vilneñ Usva-
tam deditio-
ne accipit.

L I B E R II.

Vitam, fortunasq; hosti quas tollere possit.
 Qui volet, is Moschi, volet & qui, Regis isto,
 Libera nam cuiq; est permissa a Rege facultas.
 Hec equidem vera est, hec Regia & inclita virtus:
 Bis vincit Victor, qui se se vincere novit.

Interea jussu Samoscij Urovecius alta
 Robora casa ligat, trabibus per mutua nexis,
 Et Subito Dhurne pontem confibulat amni.
 Transierant celeres Equitum peditumq; caterva,
 Cateraq;, impositusq; iterum religatur aquis pons.

Hic rursus coenorum iter, & densissima quaqueq;
 Obvia erant lustra, & canum undiq; & undiq; pon-
 Quos tutio haud ulli poterant transire jugales (tes,
 Curriferi flentem aurigam persepe videres
 Ulva in limosa fractas reparare quadrigas.
 Illic plaustra jacent, illic temone revulsus
 Axis, in hac radij fractarum parte rotarum.
 Quid lacrymas frustra infelix auriga profundis?
 Ne quicquam & quereris laceri vestigia currus?
 Imbresq; pluviasq; lutofasq; undiq; silvas?
 Sors eadem Dominos Regem cum milite tangit.
 Perfer, & obdura: non semper lustra per alta
 Ihimus, optatum dabit at Deus his quoq; finem.
 Et jam jamq; magis rarescunt undiq; silvae,

Ap

Urovecius
 iussu Regni
 Cancellarii
 pontem Dhu-
 næ ad Veli-
 sam insternit.

Viarum ini-
 quitas.

STEPHANEID:

*Apparent agri, congestiq; horrea fæni
Plurima, terra ferax dat largos frugis acervos.
Fallor, an ostendunt se mænia Velcoluci?
Hic reor, hic Urbs est magna prænomen adepta.*

Ergo animum in partes rapit has nunc rursus in
Et numero electos sumens Samoscium omni (illas,
Lustrat equo fossas, aditumq; per avia querit.
Aspicit eversam à Moschis urbem, aspicit arcem,
Quam liquidis ima Lovatus parte alluit undis.
Quà medio in cælo Sol stat, geminum facit illic
Alveolum Lovatus, fitq; insula: rursus in ima
Parte arcis coit, & quondam amplam intersecat ur.
Hinc versus lubricis Aquilonem labitur undis. (bem:
Ambit fossa lacusq; arcem: prægrandibus altus
E trabibus paries mira compage paratus,
Cespite vimineo sic condensatur, ut extrà
Contiguum vallum sit, quod non ulla globorum,
Muralis neq; tormenti quod disificiat vis:
Planicies circum, facundi & gramine campi.

Forte adventabant Legati Principis illo
Tempore: quanquam ergo totis Exercitus omnis
Iungitur agminibus, vallatumq; obsidet arcem,
Pax tamen est utring; habita: atq; impune licebat
Ferre pedem hinc atq; hinc: sed postquam copia fandi
Est

Regni Can-
cellarius cum
certo nume-
ro excurrit, &
Velcolucum
lustrat.
Velcolucum
à Moschis an-
te Regis ad-
ventū exusta.
Situs Velco-
luci.

Legati Mo-
schici Velco-
lucum adve-
niunt.

L I B E R II.

Legati ad Re-
gis alloquiū
admissi.

Insolens ne-
gotiorum Ex-
positio.

Regni Can-
cellarius cum
parte castro-
rum Regiorū
Lovatū tran-
siens oppug-
nare instituit
arcem Velco-
lucensem.

Petrus Clot-
zevius Cattel-
ianus Zavi-
choensis, &
Capiraneus
Malogosten,
globo trajici-
tur.
Vel colucum
tormentorū
vi quatitur.

Est data Legatis: Olli auro ostroq; superbi
Vestibus & pictis subeunt Tentoria Regis
Arrexere aures, intenti q; oratenebant
Sarmatij Proceres, graviumq; negotia rerum
Audire optabant, certa fiducia pacis
Cuiq; fuit. Moschi at verborum ambagibus actis
Ut primū expedient solito de more salutem,
Mox ita: Rex ista rursum Regione recedat
In Regnum regressus, ibi tractatio rerum,
Ilic pacis erit. Nec plura effantur: in istis
Persistunt verbis, iterumq; iterumq; rogati.

Continuò transit Lovatum Samoscius amnem,
Solis ad exortum fossas dicit, simul altos
Altollit corbes, tormenta his insuper infert.
Solis ad occasum hoc faciunt quoq; Pannones ipsi.
Ecce per obscuræ tenebrosa crepuscula noctis
Dum fossa egressus Clocevius omnia lustrat
Securus, volat ecce altis jaculata latebris,
Atq; illi medium glans ictu trajicit alvum.
Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.
Hunc infelices properataq; fata querentes
Exanimum servientes in castra ferebant.
Et jam tormentis vastam muralibus arcem
Parte ab utraq; petunt; sed nec rescindere vallum,
Nec

SETPHANEID.

Nec valuere globi flammorum attollere vires.
Terra obstat, pariesq; ag gesto cespite tectus
Altè hærens intus, non ulli per vius igni
Stat contrà obnixus: statq; ictu immunis ab omni.
Hic armis calcar Dux Cancellarius addit,
Atq; hunc in medium cunctis proponit honorem
Militibus: Iuvenes, inquit, fortissima corda,
Qui vestrum ante alios animosior ibit, ut ignem
Supponet primus tectis, feret ille triginta
Facti auri minas, & factis præcia digna,
Idem humili si stirpe sit ortus, Nobilis esto.
Nec reliquis etiam deerunt sua præmia certa:
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
His dictis incensi animi, atq; honor addidit iras:
Sarmata proruit hinc, celerem simul admoveat ignem,
Fumiferasq; faces alia parte Hungarus infert.
Hoc in conatu atq; hoc in certamine rerum
Occubuere virum lectissima corpora quaq;
Pannones in primis, jacta inter saxa globosq;
Quis saltu fossam superantes, corpore in ipsum
Incumbunt propugnaclum: & vi cespitis omnem
Connixi inter se certant abradere molem,
Atq; viam flammis avulsa sternere terra.
Quos operi intentos lapidum circumvolat imber,

Regni Can-
cellarius præ-
mijs invitat
milites ut ig-
nem manibus
aci inferant.

Milites ac-
currunt ad
arcem, & ig-
nem suppo-
nunt.

Hungarorum
pleriq; oc-
cumbunt.

H

Emis-

L I B E R II.

*Emissiq; globi: sic non impunè laborant,
Sed pereant alij: subeunt alijq; viciissim.
Tunc quoq; Russinius florentibus occidit annis,
Strans tormentorum intra cōrbes: glande peremtus
Gergelius persit; simul audacissimus ille
Prussiæ gentis, semper cui mutua cura
Pugna erat, & nullo poterat qui vulnera sterni
Lescius. Hic illum voluere occumbere fata.
Non tamen incassum cecidit labor: ortus utring;
Ignis erat: vires nequijt sed sumere eundo.
Nam quia vimineus pendet de pariete cespes
Non flamme superare illum aut absumere possunt.
Vidisses propugnaci fastigia summi
Ardere, & vallum concordare Pannonas altum,
Miscentes flammis tædarum alimenta subortis.
Vis tamen obtinuit Moschorum, & reppulit acres
Pannonas, adversoq; furentes igne Polonos.
Quin etiam si qua valli radice sub ima
Tæda fuit supposta ardens, vel quis adhæsit
Igne globus candens tignis trabibusq; sub imis,
Demissum lapsi per funem sapientis hostes
Tædam undâ vicere: globum exsecuere securi,
Affueti longo flamas extinguere bello.
At Rex consilio celeri res adjuvat istas*

Russinius,
Gorgel, &c
Ioannes Lief-
ki, alias Na-
chtigal di-
ctus, occum-
bunt.

Hungari &
Poloni mis-
centes incen-
dia repellun-
tur ab arce.

Moschorum
in defenden-
da arce forti-
tudo.

Rex jubet cu-
niculum sub

Scru-

STEPHANEID:

Scrutariq; jubet mox propugnacla sub ima
Radice, atq; trabes rimari contiguatas,
Pulvere & incenso terrenam aevellere molem.
Consilium exsequitur praesenti pectore miles,
Et paries tandem flammis proprioribus ustus
Corrait ad medium, & latum dedit ore foramen.
Iamq; omnes avidi scalas in mænia poscunt,
Magno animo atq; ausis arcem oppugnare parati.
Ipse inter primos se Farenshecius audet
Proripere, & scalas fieri jubet, & probat illas,
Quam longe & late, sint, an bini ordine juncti
Stare simul possint, simul & descendere in altum.
Quin Equites ipsi, quos leges juraq; bellis
Efficiunt immunes a conamine tali,
Cum ductore suo cupiunt descendere muros
Moscchorum Duciis Oratores hac ubi cernunt.
Audiri cupiunt, admitti rursus & optant
Regis ad alloquium, quis postquam facta facultas,
Nil nisi verborum ambages, & syrmata ducunt
Haud Regi acceptanda, & justo diffonna, & aequo.
Rex jubet ergo illos sua sub Tentoria duci,
Permittitq; suo ut perscribant talia Magno:
Ni volet a totis Livonum cedere terris,
Plura ipsum deinceps gravioraq; bella manere.

pro pugna-
culo ad pa-
rietem usq;
duci.

Oppugnatio
instuitur.

Moschici Le-
gati cupiunt
iterum ad al-
loquium Re-
gis admitti.

Rex jubet
Legatos scri-
bere Magno
Duci.

L I B E R II.

Talia Legati: Rex ipse at talia scribit.

Rex ipse scribit Magno
Duci.

Decorum.

Resellit objec-
tionem Mo-
scchi.

Generositas.

En qui nuper eram tibi verbis / pretus inquis,
Sarmatiae Stephanus Rex coram interritus adsum,
In via per lustra has tandem delatus in oras,
Pro lege / grege pugnaturus fortibus armis.
Si quicquam ingenui sub pectore Martis babes Dux,
Meq; lacesto si tantas concipis iras,
Sume animum, / pugna campum decerne, diemq;
Non ego Christiadum fitio cademq; cruoremq;
Ausint se temere nisi si qui opponere in armis,
Sol mihi ad hec testis: Livonia terraq; testis,
Quam propter tantos potui perferre dolores.
Ate ceu facta est mihi atrox injuria solo,
Sic in te solo hanc ulcisci ante omnia mallem.
Ergo vel sponte a terra Livonide cedas,
Aut ades, atq; omnes bellorum contrahe vires,
Ut mecum adductis pugnam experiare catervis.
Si mage consultum multorum absistere caede,
(Ut potius vellem) miles collectus utring,
Stet procul, / nostro dirimamus sanguine bellum.
Unum pro multis pereat caput, / cadat unus,
Atq; hoc queratur tellus Livonia campo.
Cursor avi similis per Moschica rura veredo
Prapete provolat atq; bac perfert nuntia Magno.

In-

S T E P H A N E I D.

*Interea haud certant praestantes Marte Poloni,
Candentesq; globos jaculantur murmure magno,
Tandem horum aspirat melior fortuna labori.*

E munitioni-
bus Polono-
rum arx in-
cenditur.

*Namq; ingens ortus magno cum turbine ventus
Ivit in oppositum directo flamine vallum.*

*Flamma igitur subjecta prius, quam credidit omnis
Extinctam prorsus, sopitos suscitat ignes.
Parva quidem primo, mox ventis aucta fit ingens,
Ingrediturq; solo, \mathcal{E} valli depascitur alta
Culmina, \mathcal{E} in gyro flagrantem circuit arcem.*

*Iam jam nulla mora est, concamat ab aggere Mo-
Dedo arcem: rixistis, victum tendere palmas (schus,
Aspicitis, vestra est arx isthac, vestra Poloni.*

Moschi igne
superante
proclamant
deditonem.

*Unum oro, si qua est pietas, qua talia curet,
Si qua manet miseros etiam clementia victos,*

Moschi se de-
dentes petunt
vitam.

*Hanc finite hanc animam, \mathcal{E} dulcem mihi linquite
Talia dicta dabat, cum viribus ignis adanctus (vita
Iam summas pinnas, jam valli tecta, trabesq;
Abstulerat mediasq; arcis properabat ad aedes.*

*Vos mihi nunc Musa versus dictate canenti,
Quis tandem eventus fuerit? quis ve ultimus arcis
Exitus? \mathcal{E} qua sors Moschorum quemq; secuta?
Hec Musa meministis: \mathcal{E} haec memorare potestis.
Arcis ubi incens & casum convulsaq; vidit*

Invocatio.

Nova nar-
tio.

L I B E R II.

Culmina tectorum, atq; ire é penetrabilibus hostem,
 Tristia flammato meditatur pectore Pannon.
 Necdem ille oblitus clades stragesq; suorum
 Glande peremptorum intermixta incendia fratum,
 Occursatq; animo revocatum á morte nefanda
 Ut toties se: varit captis arcibus hostem
 Dimissum incolumem: qui postquam hanc venit in
 Notitia belli maiore instructus, Ē uſu; (arcem.
 Iam melius poterat vim pellere viribus omnem.
 Quin etiam prædepartem videt igne periire,
 Integra quæ cunctis in ditione fuisset
 Matura. Has Hunnus furiato corde volutans
 Irarum causas, fixumq; in pectore vulnus;
 Irruit, Ē strictum vagina diripit ensem,
 Obvia queq; metens Moschorum corpora ferro.
 Pars arcem petit, Ē quicquid datur oxyüs auferit,
 Dum nondum sedem venit ferus ignis ad illam,
 Sulphu: ei nitri qua copia larga latebat:
 Cetera pars tristi lansenafertur in hostes,
 Quà descensus erat de summo Ē semita vallo.
 Seditio potens Vieico, insignis Ē astu,
 Dilectusq; Duci, medios pertransijt Hunnos
 Non animadversus: quem noto ut viderat ore
 Accipit, Ē vitam linquit Farensbeccus ultrò.

Causæ prop-
 ter quas Hū-
 gari in Mo-
 schos sævie-
 runt.

Pars Hunga-
 rorum ex ar-
 ce incenta
 prædam au-
 fert: pars
 exentes ho-
 stes obtrun-
 cat.

Iuvan Vieico
 à Farensbē-
 cio agnitus
 servatur: sed
 postea ad la-
 tus Farensbē-
 ci ab Hunga-
 ria interfici-
 tar.

S T E P H A N E I D:

Illum habitus, vestisq; intecto discolor auro
Prodidit insignem: cui s&va percitus ira
Pannon ait: Tunc hostis ueste induit superba;
Eripiare mihi? Pannon te hoc vulnere, Pannon
Sternit, & exsuum corpus sine honore relinquit.
Hoc dicens jugulum petit, & ierra applicat ipsum,
Avellitq; humeris caput, ex uvi asq; reportas.

Fortè duo induiti nigro per terga cucullo
Exibant Monachi, quibus Hunnus cæde pepercit,
At miseros fossæ medium deturbat in undam,
Crure tenus stantes mox arripit (arc crumenam
Namq; gravem sensit Monachos ex arcetulisse)
Excutiensq; sinum, nil invenit: ocyūs ergo
Unda in limosa harentes huic versat & illuc,
Rostratasq; ocreas, quales gens barbara gestat,
Sedulus explorat, partes rimatur & imas.
Nec spes fallit cum: reperitur copia nummūm,
Celatumq; ocreis argenti, quod rapit Hunnus, (mos,
Atq; ita: Lex Monacho data nullos querere num-
Nostri opus hoc: vade, hanc jamq; oblitiviscere gaza.
Hac Monachos, sed sors reliquos diversa manebat.
Parte alia globus Hunnorum collectus in unum
Perfurit, & Moschos junctim jugulatq; secatq;
Haud secus ac si quis matura papavera summo.

Duobus Mo-
nachis spo-
liatis vita ser-
vatur.

Comparatio-

L'erti-

L I B E R II.

Laniena mi-
serrima mis-
cetur.

Vertice decutiat, truncet ve olus, aut secet herbas.
 Hic ictus clava capitis per tempus utrumq;
 Libitur, & sparso rigat arma inimica cruento.
 Huic ensis medio infixus pulmone tepeſcit.
 Huic recludit iter vocis gutturalq; securis,
 Qua prius & silvas & lustra recluserat alta
 Ille petens vitam, sua, seq; oppignorat ipsum:
 Nil omnes valuerent preces cadit ictus & ille
 Pannonia dextra: fossa gemit alter in uida,
 Vestibus exsuto cui vita usura relicta est.
 Forte senex quidam nato comitante putabat
 Cadem evasurum se jamq; evasit ut illam,
 Ecce furens miles venit ob vius, & petit ambos,
 Illi autem subito in terram cecidere pavore:
 Difficit os nati, jugulumq; at terga parentis:
 Alter enim in faciem, resupinus concidit alter.
 Quocunq; aspicias nihil est nisi mortis imago
 Purima: fæmineis resonant ululatibus auræ.
 Illic mæſta ſuum querit matrona maritum,
 Inter semineces, & mixta cada vera vivis.
 Hinc alia de parte ſuos laniata capillos
 Capta puerilla dolet, malletq; abrumpere vitam.
 Talis erat facies ad captæ mania Troje,
 Victores Danai victos ubi Troas agebant.

Comparatio.

Ira.

S E T P H A N E I D.

Irrarum in tanto fremitu, tantoq; furore
 Militis Hungarici, cunctis omnino puellis
 Matribus, ♂ pueris parsum est, nisi fæmina signa
 Non armis, sed enim fævo exanimata timore
 Concidit, atq; animam subito simul exhalavit.
 Aut infans aliquis durante hoc turbine turbæ
 Excidit e gremio, ♂ tritus pede, desit esse.

Ecce propinquante igni tormentarius ille
 Pulvis in alta volans summas diverberat auras,
 Dans crepitū horrendum, fulmenq; imitatus Olym-
 iamq; omnis visa arx solos considere in ignes. (pi.
 Tunc ore ambusto illacrymans sparsusq; cruore,
 Fronte niger, barbaq; niger, pede curvus utroq;
 Unus Moschorum, dulci vescatur ut aura
 Sic petit. O fortis, ò magnis Pannones ausis
 Per vos, per qui vos tales genuere parentes
 Oro, me finite hac jucunda vescier aura,
 Me dedo, servus nec vobis esse recuso.

Quamvis sim lasus, quamvis pede curvus utroq;.
 Pannones huic: Sera nunc deditio precaris:
 Namq; recordamur cum nostros glande necares,
 Dedere quod nec te, neq; tunc servire volebas,
 Tunc quoq; eras rectus, nec eras pede curvus utroq; ;
 Bestia curva, via hac morere: bac in strage tuorum.

I

His

Pulvis tor-
mentarius in
aree tervatus
incenditur.

Pathos.

Sax casmus,
& execratio

L I B E R II.

Vngarica lat-
tinis verbis
in voluta.

Curvi Sin.
Execratio
Polonica La-
tinis verbis
in voluta.

*His itare respondent, simul ipsum ante ora trucidant.
Noluit his quidam sæva feritate Polonus
Cedere; Et hic alium fugientem corripit hostem
Sorte fere Et forma simili: cui turbidus inquit:
Quæ te olim genuit furtivo è semine mater,
Tota hæc curva fuit, curvi gibbiq; sinuq;
Inq; sinu curvo puerum te lacle sovebat.
Omnia tu curva similis, gibbumq; sinumq;:
Es curviq; sinus, gibbiq; homo pessime curvi.
Nunc morere, inq; sinu terræ ne post homo curvi
Esse sinus dicare. Hoc dicens perfodit ense,
Quà curvus sinu altè cor sub vestre tegebat.
Ille cadit, proprioq; suo se in sanguine volvit.
Quis cladem totam? quis cæsos dicat? omnes?
Millia Socola vix tot cecidere cremata.*

*Discite nunc Moschi miti vos dedere Regi,
Discite res omnes, oblataq; reddera Regna
Manè sub Auroram, exorti sub lumina Solis
Has ita dum Moschi meritas dant sanguine pœnas,
Et scelus expendunt hinc passim, atq; inde patratum
Livonum in terris, Lithvanis finibus atq;,
Vectus equo spumante venit Rex, Et videt agmen
Pannonium nimia cæde atq; cupidine ferri
Vallum obvelare, Et spissas facere undiq; strages
Cla-*

S T E P H A N E I D:

Cladibus his miserorum Tristis morte cadentum
(Quanquam ita promeruere omnes uno ordine ad u-
Rex motus, jubet astineant, ensesq; recondant (num)
Pannones eductos, multoq; cruento madentes.

Panarum exhaustum satis est: fratresq; necatos
Ulti sat sumus: edidimus tot stragis acervos
Miles ait: nunc cessemus, jaceantq; inhumata
Corpora tot, propriog; suo se in vulnere versent
Alter in alterius mactati sanguine Moschi.
At reliquos, pietas quos Regis vivere iussit,
Servemus servos simul usu mancipoq;.

Exitus hic tristis Moschorum: hic exitus arcis
Ex deflagrata solum vallum arce remansit.
Abstulit ignis edax permultos frugis acervos,
Arma, enses, hastas, nitrum, tormenta, globosq;
Unica servata est saltim Falcone notata
Machina, quam palma rursum Samoscius auctor
A Rege aeterni monumentum sumvit honoris:
Atq; à Septembrib; Nonis sunt omnia gesta.

Postera Phœbea postquam lux lampade fulsit,
Rex pietate gravis postrata cadavera mandat
Reddere humo, auctores cedis iussa ista facessunt
Oryx, Traptatos funilis undiq; fossis
Injiciunt ductis, verba hac insuper addunt:

I 2

Hic

Commisera-
tio.

Rex jubet ex-
bos sepeliri.

LIBER II.

Epitaphium
caelorum.

Rex instaurat
arcem.

Nova Narra-
tio de Mo-
fchis ad Tor-
petiam con-
gregatis.

Rex mittit
Exercitum
Torpetiam
versus.

Georgius
Barbelius
unus ex Du-
ctorib⁹ Hun-
garorum.

Ioannes Sba-
rasius Palati-
nus Braslavici-
ensis.

*Hic casi recubant Moschi, quos Hunnus ut ense
Fulmineo stravit, sic contumulauit eosdem.*

*Interea instaurare jubet Rex ocyus arcem
Partitis operis: una de parte laborem
Sauromata sumunt, alia sed parte laborant
Pannones, ast illic Lithvaniæ copia gentis.
Sic celeri effecta est satis arx munita labore.
Has operas inter medias, mediosq; labores
Præpes fama volans hostem propè nuntiat esse.
Et nostrum multos quæsitum pabula missos
Excipere insidijs, Et tristia quæq; minari.
Ergo mora rupta omni Rex jubet ocyus ire
Torpetiam versus selectos ordine ab omni
Sexcentos Equites, quibus Hunnorum optimus unus
Barbelius, longo belli celeberrimus usu
Preficitur: postquam mox fama increbuit auclum
Esse hostis numerum, Et majorem his viribus esse;
Mille Et quingentos diverso ex agmine lectos
Sarmatia, Hungarica, Et Germanæ deniq; gentis
Rursus in auxilium Rex suggerit, agminaq; armat
Sbarasio Ductore, simul mandatq; jubetq;
Se reliquis jungant: optata occasio siqua
Occurrat, Marte hosti congregiantur aperto,
Aiq; acie structa præsenti corde suo stent.*

Post

S T E P H A N E I D.

Post noctem medium reliquos Kirallius anteit

Bis denis stipatus equis, quibus agmina jungens

Se comitem Samuel Sborovius addidit ultrò.

Ala ducentorumq; Equitum hinc terga secuta

Barbelio ducente, comes Philipovius illi,

Nec non Sibricius; reliquum longo ordine at agmen

Sbarasius ducit, Moschosq; in prælia poscit.

Non procul ecce aliquot Kirallius aspergit hostes,

Inq; fugam hos vertens loca per lutulenta vagatur,

Angustasq; vias, necat hos, intercepit illos

Dejectos ab equis; ad pontem ut pervenit usq;

Fossa palustris ubi rara fuit arbore strata,

Exoritur Moschorum illic ad sidera clamor,

Qui se se abdiderant illa regione viarum,

Pontem ut servarent, ullis ne transitus esset.

Acris utring; fuit magna contentio voce.

Namq; hostes crebro sclopeta explodere, nostris

Majores numero, frustra Kirallius alta

Voce vocare suos longè post terga sequentes.

Forte errore via, obliquisq; ambagibus acli

Hisce superveniunt Hanni sclopeta gerentes

Quatuor, exiliunt ab equis, reliquisq; parati

Auxilio veneunt. Tandem Kirallius altum

Clamorem attollens, omnis quasi miles adeffet,

Albertus
Kirallius Hú-
garici equita-
tus Vicecapi-
taneus.

Albertus Ki-
rallius in silva
cum hostibus
dimicat.

Causus fortui-
tus.

LIBER II.

Moschi fu-
gantur.

Moschi aite-
ro die ad flu-
men Torpe-
tum instructa
acie cernun-
tur.

Germani
Equites Sclo-
petarii subse-
boto miltä-
tes disturbat
aciem.

Albertus Ki-
rallius hasta-
to agmine
hostes alia
parte distur-
bat.

Hostes fusi.

*Irruit in pontem atq; hostes dare terga coëgit.
Insidias horum at veritus jam nocte propinquas
Substitit. Ut verò pulsis Hyperione stellis
Postera lux venit: stabant in margine ripa
Torpetij fluvij Moschorum millia multa
Structa acie, tanquam certam intentantia pugnam:
At Germani Equites tunicae quis nomina rubra
(Quorum opera insignis bello Kurzbachius olim
Vus erat, quibus Hispanos persepe fugabat,
Belgarum afflictis dum miles agebat in oris,
Qui tandem moriens Equitatum tradidit istum
Sabotio, ⁊ dixit: te nunc habet iste secundum)
Fumine transmisso primi fausto omne primam
Incipiunt pugnam, ⁊ sclopetis eminus actis
Disturbant aciem. Hastatum Kirallius agmen
Parte alia adversos acer direxit in hostes.
Principio ergo licet steterint tela omnia contra,
Non valuerent tamen tantis se opponere turmis,
Arripiuntq; fugam: quos omnes undiq; sparsos
Insequitur miles, multos demittit ⁊ Orco
Dum fugiunt: multos captos servatq; tenetq;
Torpetia urbs inter gesta hac incenditur: ades
Deflagrant, populusq; pavens fugit omnis in arcem.
Regius hos postquam victos Exercitus hostes*

Con-

S T E P H A N E I D:

Contudit, inḡ fugam vertit: / folia ampla, trophya q̄
Omnis iō clamans Lucana ad castra reportat.

Gratatur, captosq̄ duos Rex accipit omni
E numero insignes: quorum ditisimus alter
Demetrius Cerevestinus, duce missus ab ipso
Ut Ductore sub hoc miles constantior esset:
Nanceius adest alter, qui Vilna nuper in urbe
Non Moschi Orator fuit, Explorator at idem.

Hac ad Terpetiam: procul hinc diversa geruntur.

Nam prope Smolenscum gelidasq̄ Boristhenis undas
Hostis major adest, horrendumq̄ intonat armis.

Obvius huic Philo progreditur, sed viribus impar
Mille & quingentos qui denis millibus ausus
Objicere est, animasq̄ in aperta pericula ferre.
Stant acies structae, ad pugnamq̄ utrinḡ paratae
Ac primū inclinat victoria prona Philoni,
Irruit, atq̄ virū permultos mittit ad Orcum.

Sed tandem novies acie majore petitus,
Dum numero inferior frustra luctatur in armis,
Quotquot habet captos aspectu obtruncat in hostiis,
Bis tribus amissis tormentis & credit Orsam,
Linquens palmam hosti, perpresso damna cruentum
Ferratum Regi misit Thoraca, paratum
Insigni forma, insignem qui prodidit hostem.

Captivi duo
Regi tradun-
tetur.

Philo Cmita
Capitaneus
Orsanensis
cum Moschis
ad Smolens-
cum congre-
ditur.

Spelia Regi
missa.

Adu.

L I B E R II.

Addidit ♂ clavam, fuerat quæ ferreus hostis
Mallens, ♂ vexillum hostili ex strage receptum.

Nevelam at quanquam longa obſidione tenebant
Caſtra Palatini Poloccensis: non tamen illa
Marte capi poterat, nec viribus expugnari.
Namq; lacu ingenti iſtius circundatur arcis
Pars media major; qualis, cum crescit in eſſe
Forma ſolet Luna: ſicca pars cetera foſſa.

Mittitur auxilio mox Bornemissa recenti,
Marte potens, inq; adverſo vir strenuus hofte.
Ille igitur ſimulac obfēſſam venit ad arcem,
Tormentis propiūs foſſam actis alta frequenter
Mœnia dum quaffat, viresq; effundit inanes,
Conſilio tandem celeri ſibi ſubjicit arcem,
Et jubet ut tacitus tellure cuniculus ima
Ducatur, propugnaclum qui tendat ad ipsum.
Fit via ſub terra, foſſam rumpuntq; facesq;
Pannones incenſas arcis ſub pariete ponunt.

Hoc inſperato caſu perterritus hostis
Uſum depactus vita ſe dedidit ultrò,
Suppositos ignes in vita extinxit ♂ undā.

Instaurata arce, ♂ curatis undiq; rebus,
Mille ♂ quingentos Equites, totidemq; relinquunt
Rex pedites Velcoluci: Cmitamq; Philonem

Nevela diu
obfēſſa à Pa-
latino Polo-
censi ſe defē-
dit.

Situs Neve-
la.

Ioannes Bor-
nemissa Equi-
tum Hunga-
rorum Capi-
taneus.

Conſilium
Bornemissa.

Nevelenses
dedunt ſe
Bornemissa.

Rex prædi-
Lucanæ arci
impoſito No-
velam ſe cō-
fert.

Præ-

S E T P H A N E I D.

Praeficit, eximium bello: petit inde praefectus
 Nevelam, atq; illuc paulum subsistere gaudet,
 Donec, que reliquias maneat fors, audiatur, arces.
 Restabat stagno Savolota arx condita in alto,
 Et sita propter aquas turrita Oserifcia, pulchra
 Quam decorant turres, fabrefactaque cuncta recenser.

Hanc quia Praefectus vidit non posse teneri
 Amplius, hinc atq; hinc quod circumclusa remansit
 Arcibus in reliquis quas Rex jam Marte subegit:
 Ergo Palatinum Vilnensem ut conspicit ire
 Agmina ducentem, florentesque are catervas,
 Non vult stare Ducem hunc i' otra, sed dedere se vult,
 Dummodo vitali queat aura & lumine vesci.
 Annuit, atq; ultrò vitam Radevilius heros
 Donat habere viro, & sine viribus occupat arcem.
 Illam autem medijs qua fortior exstat in undis
 Mox adit instructus Samoscius agmine forti.

Consilio capto ad speculandam mittitur arcem
 Prævius, insignis virtute & fortibus armis,
 Rosdraseviadum veteri comes editus ortu
 Christophorus, sequitur lentis Samoscius illum
 Passibus: ad latus hunc se Farenstecius addit.
 Hinc Gabriel fortis ducit Bekeschius Hunnos
 Sexcentos numero pedites, Equitesque ducentos.

K

Dum

Oserifcia
 dedit te Ni-
 colao Ra le-
 vilio, Palati-
 no Vilneui.

Regni Can-
 cellarius Sa-
 volotam con-
 tendit.

Christopho-
 rus Comes
 de Rodzili-
 zen, Capita-
 neus Lanci-
 censis, de-
 rum turmarum
 Dux præ-
 mittitur Sa-
 volotam.

L I B E R II.

Christophorus de Rodz-
dracen Sacerdotem captū
explorat.

Situs Savo-
lotz.

Regni Can-
cellarius Sa-
volotenses
alloquitur.

Ferox hostiū
responsum.

Obedio.

Dum reliquos comes anteit Rosdrase vius omnes,
En capitur Mythes illi nigricante cucullo,
Qui Comiti posita formidine sponte fatetur,
Sunt quadrinquenti, inquit, seqꝫ arcemqꝫ tuentes,
Catera turba autem promiscua mille virorum.

Arx Savolota lacu tota est circumflua vasto
Quam medium flumen liquidis intersecat undis.
Haud aditu facilis: stant propugnacula ubiqꝫ:
Ripaqꝫ prærupto & spatio breviore relicta est.
Hanc illustris ubi luſtrat Samoscius arcem,
Ipſe hostes intus latitantes voce canora
Admonet, ut ſeſe mature dedere diſcant,
Lucani exempli memores, cadisqꝫ recentis,
Ni faciant, omnes pariter ſubvertere certum eſt.
Quantò ergo melius ſervarint deditione
Vitam, resqꝫ ſuas. Reſpondent eminus illi:
Hostis amare quid increpitas? nil iſta moramur
Verba, minaqꝫ tuas: medijs habitamus in undis.
Nil tua viſ faciet, tua nilqꝫ potentia nobis.
Quin age & hinc procul abducto cum milite abito.
Non hic Lucanam, Savolotam hic aſpicis arcem.

Talibus auditis juvet ordine cuncta parato
Agmina circum arcem fixis confidere signis:
Caſtra, dies medius calidis qua exauat horis;

Tor.

S T E P H A N E I D:

Tormenta ad Solis ponit Samoscius ortum

Et jam jamq; magis quatitur Savolota frequenter

Tormentorum ictus: latet imperterritus hostis.

Dant animos propugnacla, & facit Insula fortes.

Quocunq; at mentem convertas, sensaq; mentis,

Consilium appareat nullum, nisi ponte parato

Irruere, atq; manum simul ignemq; addere tectis.

Nulla via est alia hostes expugnare latentes.

Temporis asperitas fuit hujus maxima: namq;

Scorpius infesta metuendus acumine caude

Solem habuit, lavo contrastans lumine cœlum,

Crebraq; nix cecidit, pluviaeq; frequenter oborta,

Et venti magno perflabant frigore terram.

Histamen in rebus duris fuit una voluntas

Militibus, mentisq; eadem constantia mansit.

Pontem omnes uno ore volunt, arcemq; subire.

Fit ratibus junctis pons, sed breviorq; minorq;

Quām lacui impositus qui ripam attingeret arcis.

Hanc solam meruit fabrorum incuria culpam,

Quam nulli videre, fabri sensere nec ipsi.

Ergo labor perijt: miles cum clade recessit,

Cisq; lacum in solita est ripa pons parte revinctus.

Qui subito magni concussus turbine venti

Solvitur, atq; duos ad versam portat ad arcis

Savolota tor-
mentis quat-
tur.

Obsidionis
tempus aspe-
rum.

Constantia
militum.

Pons sterni-
tur.

Pons solitus
duos Polo-
nos ad arcum
portat,

L I B E R II.

Duorum Po-
lonorū egre-
gium factum.

*Sauromatas ripam; exultant hoc omne Moschi,
Erumpuntq; scaphis, pontemq; ēprendere certant
Sauromatas: tollunt hi magno pondere contos,
Ejectosq; hostes stagnanti in flumine mergunt,
Ambo scaphis contrā potiuntur, ponte relicto
Ac salvi evadunt. Rist Dux optimus ollis,
Collaudatq; animos, ēdignos censem bonore.
Ipse hostes sed enim sclopetis sape petitos
Rejicit aponte, ē pontem vi liberat ipsum.*

Regni Can-
cellarius libe-
rat pontem.

Christopho-
rus Comes
de Rodzdra-
zevia, Capi-
taneus Lanci-
cieū, duarum
turmarū Eu-
ctor segmen-
to ferri ex
arce missō &
in frontem il-
lico perit.

Comparatio.

Nuntium de
interitu Co-
mitis ad fra-
trem Hyero-
nimum Co-
mitem de
Radzdrasen,

*Res istas inter vario certamine gestas
Christophorus comes in fossis dum forte laborem
Egregium meditans hic ora ferebat, ē illuc,
Ecce ex arce volant divisa segmina glandis,
Dextrum oculum supra Comitisq; illiditur unum
Allapsum segmen, cerebroq; infigitur imo.
Hoc iētu cecidit, vitamq; efflavit in auras.
Ceu rosa sape solet nasci cum lumine Solis,
Et solet hac eadem cum sole cadente perire.
Utq; cadunt verno prostratae grandine fruges;
Sic, ab sic immaturo comes interit aeo.*

*O dolor, ē fratri lacrymosa hac nuntia fama.
Huic simulac patulas percellit nuntium aures,
Castra ferant magnum quod Rodzdrasevia luctum
Interitu Comitis, cui Parca parca dederunt*

Fi.

STEPHANEID.

*Fila brevis vita: hac stupefactus imagine rerum,
Ad sacra (volvebat quæ fortè) volumina Patrum
Pallore obrigit, qui nunc quoq; pallor in illo est.*

Episcopum
Cuiaviensem
&c. Vilnam
perfertur.

*Aitonitumq; diu stetit, interceptaq; vox est.
Ut tandem potuit fari, has dedit ore querelas.*

*Frater amabilior auleis mihi munere vita,
Me, me ergo maxilum potuisti linquere fratrem?
Sic igitur moreris nostræ fæs maximagentis?
Sic cadis ante diem? Cen flos succisus aratro
Manè perit, quem ros vicina nocte creavit.*

Propositio
cum commi-
seratione ab
estate.

*Tu puer à primo teneræ lanuginis aeo
Virtutem quamvis didicisti: Casaris Aula,
Gallicaq; erudit te multos Aula per annos,
Egregio Iuvenem ingenio, & præstantibus ausis.*

Comparatio.

*Sarmatia Regumq; Aula velut ante probabas
Teq; tuamq; fidem: sic Regi deditus isti
Totus eras, qui jam bis Moschos ircit in hostiles,
Hostibus & viciis retulit bis ampla trophya.*

Enumeratio
annorum à
pueritia trās-
actorum.

*Vidit Ductorem te capta Polotia vidit
Socola ex imis tunc diruta fundamentis,
Testes vos animæ, combustaq; cæsaq; turba.
At post tot casus, post tanta pericula rerum
Num ubi Velissa Velcoluecq; subactis
Te fratrem expecto, reduci dum gaudia multa*

Querela ple-
na affectuum.

L I B E R II.

Premeditor, vanas mea vota abiere per auras.
 Te Germanum omnis cura & rumnaqz, levamen
 Amitto infelix: te nunc suspiro, gemoqz.
 Te superesse velim: tua vita dignior etas.
 Deditus ut qz, sacris ego Christo meqz, meumqz,
 Curriculum vita statui traducere calebs:
 Sic erat ò frater spes te post Martia bella
 Grudia legitimi subiturum Hymenaia amoris.
 Ut tibi juncta foret generosi sanguinis una,
 Qua tecum longos animis concordibus annos
 Vivaret, Ó pulcra faceret te prole parentem.
 Parvulus atqz, aliquis tibi natus luderet Aula
 Rosdrase violus, qui te balbo ore vocaret,
 Paulatim Ó crescens patrem virtute referret.
 His ego sic animi curas solabar iniquas:
 Hec ita sperabam: sed ventis redditâ vota
 Irrita, spemqz, omnem tuam mors mihi frater ademit.
 Nunc sine te nihil est mihi dulce, at vivere acerbum.
 Quàm vellem (si fas) crudelē abrumpere vitam:
 Morte unā ut vellem cunctos finire dolores:
 Dulce mori foret, Ó te fratrem querere dulce.
 Dijs aliter visum: qui te super astra tulere,
 Me superesse volunt, donec cum venerit hora.
 Té sequar, Ó fratres caelo jungamur eodem.

Ab inconces-
so votum.

S T E P H A N E I D:

Interea è castris vebitur dum triste pheretrum,
Portaturq; mihi, tibi manè \mathcal{E} vespero sero
Vota precesq; feram, lugubri induitus amictu.
Exequiasq; tibi, supraeq; justa parabo
Et lacrymas lacrimis \mathcal{E} luctus luctibus addam.

Lugubria
figna.

Talia questus erat: famuli toto ore trementes
Aspiciunt, illum solijq; in sede reponunt,
Una omnes maesto ducunt suspiria corde,
Induciumq; mali matant nigredine vestes,
Induiturq; domus nigro intus tota colore.

Nec tu carminibus Martine tacebere nostris
Wejere: Ernestus senior tibi patruus: arma
Qui docuit iuvenem te prima ferre Inuenta.
Occidis ante diem. Hostilis namq; avia silva
Dum petis, abducit te solum semita fallax
In medios hostes: quis dum tu viribus impar
Congrederis, vita dulcis defendis \mathcal{E} usum,
Dividit ecce tibi frontem lunata bipennis.
Sicut messor agens viridanti in gramine falcem,
Prataq; demetiens florum populatur honorem,
Et sine lege ferit flores, aquatq; viretum,
Et modo vix genitum exorto cum Sole tenellum
Cauliculum ferro secat, \mathcal{E} falce haurit adunca:
Sic misere est cæsus primis florentibus annis,

Martini Vej-
ri interitus.

Comparatio.

Ora-

L I B E R II.

Oraqz, adhuc prima signans intonat iuventa.
 Hoc inter senior morbo correptus acuto
 Vcjerus Dhunae ager decumbebat ad arcem;
 Qui simulas audit perijisse ex fratre nepotem
 Infando letho: Non inquit, lugeo mortem,
 Sed casum tristem, felix si fata dedissent
 In pugna aut acie hunc medijs occumbere telis.
 O vocem egregiam, O grande vo milite dignam.

At casu miles quamvis concussus acerbo
 Demittit tamen haud animum: speratqz, egressum
 Fortune, O pontem melius cupit instaurari.

Pulsa nocte dies ubi rursum fulserat alter,
 Ordine Dux jubet omnes stratum inscendere pontem,
 Et monet egregijs sortem experiantur ut ausis.

Ac bene fors cecidit: superant pontemqz, lacumqz,
 Incolumes omnes. sed dum sub pariete miles
 Micturus flamas spredo hoste licenter oberrat,
 Rejicitur vi telorum, O dat terga repulsus.

Et clade haud parva afficitur. Nam casus ab hoste
 Dum fugit ad pontem, sociorum accurrerat agmen
 Auxilio, sic pons glomeratam utringz, caterram
 Inqz, sua simul inqz, occursu præpedit omnem.
 Ergo scopum velut ad certum hostis dirigit ictus,
 Quia globus ille virum densum cumulaverat agmen.

Ful-

Ernestii VVe-
 jeri senioris
 vox militaris

Ponte refe-
 cto postridie
 oppugnatio
 instituitur.

Miles cum
 clade rejici-
 tur.

S E T P H A N E I'D.

Fulmina ab arce volant crebra. Haud secus aëre mo-
Culminibus super increpitans salit horrida grādo. (to
Pars trajecta globis ripam arcis sanguine tingit,
Parsq; colorat aquam ē pontem rorante cruce.

Comparatio.

Hanc post adversam sortem desistitur omnis
Conatu, tenet anceps consultatio fortes
Quosq; Duces belli: sunt qui desistere nolint:
Quiq; velint: fertur studia in contraria miles.

Consulatio
post accep.ā
cladem.

Poſtquam ad consilium cuncti venere vocati,
Dux belli primus sic Regis nomine fatur.
Præstantes virtute viri, Martisq; potentes,
Quos voluit mecum Rex casus ire per omnes,
Quosq; habui fidos comites dura omnia contra,
Audite, ē paucis aures advertite dictis.
Non frustrā toties undas pugnamus ad istas,
Causa subest gravis, hac quod Rex velit arce potiri. A necessario.
Namq; lacu ex isto, ceu cernitis ex filii amnis,
Qui paulatim auctus vires acquirit eundo,
Tugis ingens flumen naves quod portet onus,as,
Plescovia muros tandemq; allabitur Urbis.
Ergo si forsitan tumefacta superbia Moschi
Periret, ut à terris Livonum cedere nolit:
Hinc via erit, qua non erit opportunior ulla,
Decursu fluvij variarum mittere rerum

Regni Can-
cellarius suos
belli Duces
consult.

Captatio be-
nevolentie.

L

Bcl.

L I B E R II.

Bellica subsidia, & quicquid vita exigit usus.
 Sum Duci officio functus: fortuna sed ipsa
 Obstat, & laevi certazimus omne fati.
 Non tamen hisce malis frigescat militis ardor,
 Non animi vigor intereat, nec pristina virtus.
 Mutabit fortuna vices, nostroq; labori
 Tandem aspirabit, vultus sumetq; serenos.
 Nunc agite in medium, quod quisq; probabile sentit,
 Consulte, & rerum justas expendite causas.

Ex Ducibus
 belli quidam
 suadent obsi-
 dionem sol-
 vendam, qui-
 dam oppug-
 nationem re-
 dintegrandā.
 Rembovij O:
 ratio à Cir-
 cumstantia
 temporis.
 Responder
 ad Argumen-
 tum de neces-
 sitate arcis.
 Olli sedato respondent pectore contra,
 In partesq; duas dupli ratione feruntur,
 Quos inter senior canis notissimus annis
 Horum qui suadent sublatis cedere castris
 Consilium probat, & causis confirmat honestis.
 O Dux egregie, & rebus spectate, fideq;
 Magna intemperias, ait, inclemencia cœli
 Maxima, & instat hyems, sumus & tot stragis
 Passi, quot nulla prius occubuere sub arce. (acervos
 Et tot equos insignes his amissimus oris.
 Arx equidem hac magni momenti: ultroq; fatemur
 Recluso hoc aditu, loca per via quæq; futura;
 Sed jactura hominum adverso sub Marte cadentum
 Momenti forsan majoris. Fidere sorti
 Militis est: habet at fors magnū in tempore pondus.
 Er-

Regni Can-
 cellarius cō-
 solatur ani-
 mos militum
 in rebus ad-
 versis.

S T E P H A N E I D:

Ergo abstendum, conatusq; ulteriore
Posthabito castris cedendum hac arce remotis.
Ne verò, ne talem animo Dux concipe mentem,
Hinc quasi discedas fractis inglorius armis.
Sunt tibi parta prius jam clara trophea: dualus
Arcibus es magnaq; hostis cum clade potitus.
An nova res obessa iterum discedere ab arce?
Dedecus hoc ullum? Turci obsedere Viennam,
Et tamen infectare deseruere Viennam.
Agria sublimes qua vertice surgit in auras
Reppulit hæc etiam Turcorum millia multa,
Ejus defensor cum Bornemissa fuisset,
Militæ non magno obtinuit qui fortiter arcem.
Oium ultra Herculeas extendit regna columnas
Carolus, at postquam obsedit Leptimq; Metimq;
Reppulit hunc tantum Heroëni Leptusq; Metisq;.
Cantaber invictis tam formidandus in armis
Arrarò à Belgis adverso est Marte repulsus?
Hic quoq; qui nostra Moschus cum gente tot annos
Bella gerit, quoties missa obsidione reliquit
Revaliam, Æ Vendam? quoties vi pulsus ab illis
Urbibus amissis belli quoq; rebus abivit?
Non tamen hic status nostrorum formaq; rerum.
Viximus, atq; duas jam Marte subegimus arces:

Conclusio.

Occurrit ta-
cita Cogita-
tioni.

Rembodus
experiencia
& exemplis
docet tempo-
re iniquissi-
mo honestè
posse solvi
obsidionem.

Enumeratio
Exemplorū.

L I B E R II.

Plura sequens tempus melioribus afferet auris.
 Quod Reges igitur summos decuitq; Monarchas,
 Dissimili casu nostro quod contigit hosti;
 Id quoq; dedecori tibi erit, Dux optime, nulli.
 Temporis asperitas te nunc excusat, hyemsq;:
 Has hostis latebras dabit astas altera nobis.
 Talia discessum suadentes voce ferebant.

Clausula habens prorsus
 dissensionem commotioris
 temporis.

Georgius Fa-
 rensecius
 Equitū Ger-
 manorū tur-
 mæ Ductor
 suader Op-
 pugnationem
 rediagran-
 dam.

A constantia
 militis.

Ab hostium
 pavore.

A facili &
 possibili.

Incitatio.

At Ductor turmæ Germanæ talia contrâ.
 Cuncta equidem quacunq; alij dixerat, Senexq;
 Vera, inquit, fateor. Sed tanti ponderis illa
 Non puto, ab incepto ut jubeant desistere victos.
 Acceptum quicquid damini, clavisq; necisq;
 Haclenus, id peperit rerum infeliciar ordo.
 At neccum torpent animosæ ad prælia vires:
 Sevit adhuc miles, memori seq; excitat irâ.
 Quin latebris affueti hostes fracto esse videntur
 Pectore jam, parvusq; inter se murinure fari.
 Nec magno clamore tremunt, velut ante, superbi,
 Nostrum redditum rursum incursumq; timentes,
 Solamenq; mali media absconduntur in arce.
 Concussa turret propugnacula fenestram
 Latam in se præbent, & per via jam loca monstrant.
 Quantum ego conjicio, referes Dux optime palmam,
 Tu modò sume animum oppugnatumq; ire jubeto.

STEPHANEID.

Si semel atq; iterum nobis fortuna serenos
Subduxit vulnus, terna vice convenit illam
Quærere, ut hanc lati tandem inventamus in armis.
Non semper vincent hostes, vincemus & illos
Bis jam Victores, venitq; in pectora sanguis
Milibus nostris, ardebuntq; ire per hostes,
Tandem expugnata lati potiantur ut arce.
Quod si adeo i clavis sua sit at sententia fixa,
Siatq; animus plane infectis discedere rebus,
Non tamen assensu sine Regis castra morere
Nos decet. Auxilio quid si Rex fortè recentes
Suppeditet pedes, rebusq; occurrat egenis?
Auxilia ast hostes videant si plura venire,
Credibile est nos se se ultro arcemq; daturos.
Rex igitur fiat de rebus ut omnibus istis
Certior, omnino decet, atq; ante omnia par est.

Hac ita Farnsbeccus: per se Samoscius ultro
(Talia jam dudum meditans in pectore) scribit
Magnanimo Regi Nevela castra tenenti.

Evolat exemplo Nevelam præpte cursu
Publica qui portat gestarum nuntia rerum.
Rex animo in partes dubio diducitur omnes,
Naturaq; loci munitam intelligit arcem.
Et modo perpendit frustra conamine magno

A fortunæ
varietate,

Conclusio
habens Em-
phasin, non
licere neq;
posse solvi
obsidionem
absq; Regis
coniensu.

Regni Can-
cellarius scri-
bit ad Regem

L 3

Op-
Rex delibe-
rat dubius.

L I B E R II.

Oppugnatam illam, modò s'eva instantia Bruma
Tempora di numerat, casusq; examinat omnes.
Extremum at Cancellarij constantis vicit,
Factaq; pollicitis ipsi spes maxima Regi.
Ergo Polonorum Hunnorumq; ex agmine lectos
Rex mandat Savolotam ire: implent jussa parati
Mille viri levis armature: ast e' peditatus
Quadrincenti Hunni præstantes Marte feroci.
Quorum Ductor erat Carolinus Hunnus & idem.
Ut primum socijs gemino certamine fessis
Accididerant sese missa auxiliaria signa:
Ore omnes fremere, ac rursum omnes poscere pontem.
Ipse boni Ducis officio hoc in turbine rerum
Fungitur, & sese, & reliquos Samoscius omnes
Extimulans, ausint tantos perferre labores,
Ausint rursus adire, & spes præsumere pugnam.
Quin etiam multos verbis in ritutat amicis
Nobilitate satos, armis circundati ut ipsi
Propatria vadant in duri prælia Martis,
Ite, ait, egregij Iuvenes, & sanguine nobis
Afflictam patriam tot jam labentibus annis
Reddere in antiquam formamq; statumq; studete.
Ite cili in pontem: data flammæ: irrumpite in arcem.
Fortunati eritis, fama super aethera noli,

Rex Cancel-
larij constan-
tia motus
mittit auxilia

Regni Can-
cellarius ac-
ceptus auxili-
is, & ponte
altero effecto
redintegrat
oppugna-
tionem.

Adhortatio
ab honesto.

Et

STEPHANEID:

Et vestrum toto nomen clarescat in orbe.

*Vix bene desierat placido Samoscivs ore,
Incendunt animos tantarum præmia laudum,
Exoptantq; omnes pulcram per vulnera mortem.*

*Nec mora, disponunt Farensbecius & Bekeschus
Agmina, quisq; suo certo stat in ordine miles,
Structa acie tanquam: cernens procul hostis ab arce
Stantia sub signis geminatoq; agmina ponte.
Et timet, & secum turbato pectore mussat.
Deacre mox suadet miles promiscuus arcem.
Ferte moram exiguum conclamant eminus hostes,
Consulimus nostra pariter vestrag; saluti.
Audit, datq; locum precibus Samoscivs istis.
Ergo Duces quanquam totis conatibus ac vi
Proposito obstabant, dedunt reliqui tamen arcem.
Sic equidem incolumes ut conserventur, & ire
Sit fas in patriam, & devicta excedere terra.
Accipit hac arcem sub conditione, Ducesq;
Quatuor illorum retinet Samoscivs, omnes
Insignes armis: reliquos permitit abiare.
Arg; hinc venit honos terrena illi gloria palmae,
Lux quando Octobris bis dena & tertia fulsit.
Scorpius exhibat Sole, atq; Sagittifer arcum
Fortius intensus calo monstrabat in alto.*

Alacritas milium ad oppugnationem

Georgius Farensebecius & Gabriel Bekeschius ordinant milites in ponte ad oppugnationem.

Regni Cancellarius dat hostibus spatium deliberandi.

Savolotenses cum conditione se dundunt.

Regni Cancellarius 23. Octob. Savolota potitur.

Post-

L I B E R II.

Georgius Sibricias Savolota praeficiatur.

Rex Nevela discedit quae Regni Cancellarius sequitur.

Rex laborum & ad veritatem olerantissimus.

*Postquam hujus fuerat custodia credita castri
Sibrio: ad Regem hinc gressum Samoscias effert,
Nevela tandem qui castris arce remotis
Per silvam horrendam pastuq; herbisq; carentem,
Quamq; trium spatio reliqui superare dierum
Consuerunt, transit spatio Rex ipso duorum
Vectus equo celeri, & currus post terga relinquens.
Nullaque ei fuerant tentoria, nulla virorum
Copia, que Cererem paret, aut qui poclam ministret.
Vina ferunt in equis, & pauca cibaria servi
Im gelide carnis jam dudum & ab igne remote.
Rex bello assuetus varios tolerare labores,
Fæmineum putat in duris languescere rebus.
Turbidus Auster ubi pluvij desavit obortis
Interdum è ramis congestum ignobile culmen
Consultit ille boni, & viridi requiescit in herba,
Exerretq; famem, desuescitq; ore sitire.
Regreditur tandem, Vilnaq; advertitur ubi,
Publica vota Deo templisq; effundit in altis.*

*At Farenberus Savolota missus ab arce
Mille viris instructus abit (Tomicius illi
Cumq; alijs iussi Strussus, Carolinius ire,
Se comites jungunt) undas scrutatur, ad urbem
Piesco viam ut iendant paulatim, ut sintq; profunda:*

Uc.

S E T P H A N E I D.

Venit ubi Opociam, populosam funditus urbem
Subvertit flammis, bis sexq; intercipit hostes.
Catera turba pavens vallata est arce recepta,
Pars quoq; diffugit. Loca per deserta viasq;
Hinc redit angustas, ventis & frigore magno
Iesus, egestatem in silvis quoq; passus iniquam
Optatum tandem Vilna defertur ad amnem.
Quem Rex egregio laudum decoravit honore,
Præmia decernens, dat gazas largus opimas
Et dat equum siccis Arabum quem fudit in arvis
Mater equa insignis. Quà terminat ungula cornu
Atq; pedem solidat, tereti se candida circlo
Fascia subnectit, maculam quoq; frons habet albam.
Catera castanei Sonipes fert membra coloris:
Insignis sonipes quo non generosior alter,
Sive velis illo adversos incurrere in hostes,
Seu celerem hinc atq; hinc facili convertere habena.
Hoc Farensbecum egregio Rex munere donat.
Hunc etiam hospitio exceptum Samoscius ultrò
Muneribus magnis ornat. Nam Thracius illi
Fertur equis dono, volucrem prævertere ventum
Qui poruit cursu: orbiculi cui summa minuti
Per terga excurrunt, mista nigredine sparsum
Argilla qualis color est, qualisq; luporum,

M

Frons

Farensbecius
Opociam in-
cendio delet.

Farensbecius
redit vanaam.

Rex Farens-
becium Regia
liberalitate
dimittit.

Equus á Re-
ge Farensbe-
cio donatus
qualis.

Equus á Reg-
ni Cancella-
rio Farensbe-
cio donatus
qualis.

LIBER II.

Frons tenui distincta albo: juba nigricat ipsa:
Inde usq; ad caudam notat armos linea nigra.
Addidit buic etiam pretiosas munera pelles,
Qualibus ante alios predives Moschus abundat,
Qualibus ille solet summos donare Monarchas,
Ferre sui has dederat monumentum E' pignus amoris.
Ille istis donis E' gazis latus opimis
Invictum ad Regem qui Danica Regna gubernat
Carpit iter longum glacialis tempore Bruma.

Iamdudum vero meditatur justa suprema
Fraterno cineri, nec Rosdrasevius unquam
Immemor est fratri: sed lucem E' sidera mæsto
Incessit gemitu. Aeria sic ales ab ulmo
Noctes atq; dies gemitum miserabilis edit,
Et se turbatum vocat ipso carmine turtur.
Exequias ergo, E' funebria debita fratri
Persolvit tandem: portatur flebile funus
Impositum curru qui panno involvitur atro.
Ordine quem juncti bis tres traxere jugales,
Lugubri pariterq; nigro velamine tecti.
Succedit Sonipes Dominum qui ferre solebat
Præcipuiq; alij quos omni semper habebat
E numero charos, cuncti lugubria signa
Cuius vidui gestant. Quam vellent vivere posse

Parensbecius
á Regni Canc-
cellario libe-
raliter dimis-
sus ad Regem
Danice profi-
ciscitur.

Hieronymus
Comes de
Rodzrazeau
Episc. Cuia-
viensis fratri
peremto ex-
equias Vilnæ
peragit.

Hypotyposis

Rur-

S T E P H A N E I D:

Rursus herum? atq; illum medios portare per hostes?
Obstat fata fera, Et mors irremeabilis obstat.

Heu miseri masto ne quicquam fronte caballi
Ut caput in terram inclinant, crura agra trahuntq;
Ut titubant gressu, ut suspiria naribus efflant?
At memini hos nuper pugnacem attollere frontem,
Et sublime caput, gressumq; Et crura tulisse
Composita ad saltum, facilesq; imitata choreas.
Scilicet est etiam luctus animalibus istis:
Orba suo Domino lugent animalia bruta.

Quid mirum ergo alto fratrem concussa dolore
Corda fatigare, Et justum depromere fletum?
Illum incendentem luctus solantur amici,
Illustris fortisq; Duces, Et nobile quotquot
Nomen habent, claraq; gerunt insignia stirpis.
Prosequitur masto Rex ipse hac funera vultu.

At varie gentes ad templi limina lugent,
Sarmata, Germanus, cumq; Ausone Gallus, Iberus,
Lithuanus, junctusq; illi regione Ruthenus.
Deniq; qui socios sese profitentur Iesu
In templo divi Iohannis tristia masto
Lumina demittunt vultu, suspiriaq; imo
Corde trahunt, subit hac miseranda voce susurrus.
Hic ipsis foribus varium Et miserabile carmen

Pathos alu-
etu & quoru.

Frates socie-
tatis ielu cat-
mina lugu-
bia vario
idiomate fo-
ribus tem pli
affigunt.

LIBER II.

Christophori
Comitis de
Rodzdrazeuu
Capitanei Lā-
cicieñ, duarū
turmarum
quondā Du-
ctoris corpus
in templo D.
Ioannis Vil-
næ sepelitur.
Arma perem-
ti Comitis in
templo su-
spensa.

Epiphonema

Cōmiseratio

Lacrymæ au-
toris in ver-
sus commu-
nitur.

*Inscribunt socij, fraterq; Hieronymus ista
Æde sacra fratrem defetum condit in urna,
Supremumq; Vale tumuli super aggere fatur,
Triste gemens, lacrymisq; irrorans grandibus ora.
Parietibus templi galea munimen ahene
Arma simul fuso argento fulgentia & auro
Applicat, & signū quod Ductor in agmine habebat
Hastatum infigit muro: monimenta doloris
Exigua ingentis, charo sed debita fratri.*

*Fortunate comes; si dici vivida possunt
Carmina: si vivunt illis post funera Reges,
Tu quoq; forte meis vives Comes optime Musis.*

*Semper bonos, semper tua laus, nomenq; manebit,
Villa nec hoc unquam memori lux eximet ævo.
Raptus es hen, bustumq; tuum, tumulumq; recentem
Actonitis flet Vilna undis, flet Viliaq; amnis,
Et caput in fluvio lacrymans abscondit honestum.
Ipse ego quando meas tristis mihi nuntius aures
Perculit, illisq; in frontem te glande perijisse,
Tempore quo Dhuna & paulum versabar ad arcem,
Pectore suspirans rorantia luminantesi,
Et liquidus Dhuna & turbavi fletibus undas,
Iamq; illas lacrymas hæc mæsta in carmina verto.
Multæ mihi dederas propensi signa favoris,*

M.:

S T E P H A N E I D.

Militia in turmas & Regia castra sequebar.

Raptus es ante diem: vivit tamen in eterna virtus,

Servat bonos numenq; tuum, laudemq; perennem,

Hecq; in morte tua cunctis solatia restant.

Isto patria afficta quod Martia bella fecutus

Communem ob patriam communi occumbis ab hoste.

Mors tua mors dici nequit: est tibi fama superstes,

Per quam magna tui in terris discursat Imago.

Nunc quando placida compostus pace quiescis,

Te lubet affari extremum atq; has fundere voces.

Salvete o Cineres, & Rosdras evia busta,

O Cineres & Rosdras evia busta valete.

Gloriosa, ho-
nesta, & im-
mortalis
Mors.



DANIELIS HERMANNI BORVSSI STEPHANEIDOS.



Liber tertius.

Ptolomaeus totū Livonie tractū in tres populos distinguit: in Curetes, qui Churlandi putantur: in Livono s qui ultra flumen Dñunā latē habitant: & in Estoniae, qui ab una parte mari, ab altera flu- mine Narva, & huic admis- so lacu Peibas, à tertia fluvio Finbe- co ex lacu Peibas se de- rivante, Dor- patum & Fe- linū prætere- unte, & ad Pernavā in mari se exo- nerante, qua- si insula qua- da m claudū- tur.

Ostquam res Moschi savamq; evertere
Vindicibus visum Superis, ceciditq; superba (gentem)
Arx clausa ingenti stans Velcolukia vallo;
Nuntius è castris fuerat qui missus ad hostem,
Ecce credit, secum magniq; voluminis instar.
Scripta affert Regi: longo quibus ordine Moschus
Majorum quendam Iurgum regnasse revolut,
Qui Iorgorodum Dorpatum tempore at isto
Dictum, atq; Estoniae magna ditione tenebat.
Cujus post stirpem extinctam Livonidos ora
Se probat hæredem Moschus. Sed numine Divūm
Nunc quoniam Regno arridet fortuna Polono,
Luget at econtra versis Moschovia fatis:
Communem titulum, & partem Livonidos optat:
Catera dat Regi. Rex arma reponere sumta
Abnegat, à titulo & tota Livonide terra
Ni tandem cedat, Livones reddat & omnes.
Atq; hac Concilio Rex cognoscenda relinquit,
Quo simul & Moschi Legatos tendere mandat.

STEPHANEID:

*Illum indignantem interea malefusa da cupido
Inisit inire novos abjecta Uxore Hymenaeos,
Tristit jamq; animi renovato pellere lecto.*

Moschus in dolore abjicit Uxorem, & novâ ducit.

*Namq; haud Conciliū indixit, quo confluat omnis
Turba Ducum & Procerum, deq; ipsis consulat armis.
Convocat at tota multas ditione puellas
Aptas conjugio, & formis prstantibus auctas.
Iussa omnes faciunt (nec enim contemnere jussa
Fas Moschi) coram se per canacula fistunt,
Bis senos instructa toros quæ singula prabent
Pulcra modis miris, auroq; micantia & Ostro.
Ante torum sed enim stat quem libet una puella.
Quas simulac avido Dux lumine circumspexit
Uno stipatus Sene tantum: consideret alto
In solio. Varijs decorata ornatibus inde
Quæq; venit Virgo, & sperans certamine forma
Conjugium tantum, in gremio Ducis & sua ponens
Gemmis atq; auro sudaria texta, recedit.
Harum quæ forma est pulcerrima deligit unam
Conjugio, reliquas dimissas donat abunde.
Mos Moscho, Uxorem ut quoties vult ducere, ducat:
Mos & ei, Uxorē ut quoties vult linquere, linquat.*

Consuetudo
Moschi in
ducenda U-
xore.

*Hac ita dum varia fatorum sorte geruntur,
Turba Cusacorum Staridubum vastat, & imos*

Cesaci vastat
finis violcho-
viae.

Mo-

L I B E R III.

Moschorum fines: nec tu Pocepova relicta es
Tuta satis sed enim multis afflita periclis.

Hoc se Sarmatia sub tempus Riga potenti
Subdidit imperio: quam libertate potiri
Rex certa iussit, quæ publica commoda posset
Ferre ipsi Regno, privataq; commoda ferre.
Sic salva ut maneant tanti fastigia Regni,
Salvaq; permaneat Majestas Regia in illis.
Misso ergo quamvis Legati multa rogassent
Temporibus priscis servata, indultaq; ab ipso
Rege Sigismundo, in quorum usu urbs ante fuisset;
Hæc tamen ut magni decus impugnantia Regni,
Non habuere locum. Cunctorum proq; salute
Rex siquidem adversus dirum crudelior hostem
Bellagerat Regni sumtu, magnoq; labore,
Ereptos tandem ut cunctus ejacibis hostis
Rursus in antiquam pacemq; statumq; reducat:
Cumq; mari undoso florescat civica turba,
Dhunaq; jam longè lateq; patentior aquor
Influat, & varijs beet ipsam mercibus urbem:
Eas Regem tantorum operum quoq; premia ferre.
Eas etiam certos proventus reddere Regno:
Annuit urbs: tandem, geminas & cedere partes,
Ex his qua fluvio Dhuna pelagoq; redundant,

Rigenes su-
biciunt se.

Re

Portorium
Ceruum Regis

De.

S T E P H A N E I D.

Decrevit Regno, pars tertia mansit at urbi.

At quæ Religio Romana diffona in usus
Longè alios vertit, quam priscum sanxerat ævum.
Sacratos fundos sibi templaque cuncta reservans,
Altius hac deinceps Rex expendenda relinquit,
Victor ubi Rigam superato ad venerit hoste.
His super in Regis jurarunt verba, fidemque
Atrinxere suam longo omnes ordine cives.

Religionis
negotium in
adventu Re-
gis rejicitur.

Rex hinc primores Regni Proceresque Ducesque

Ocyus accitos conuentum cogit in unum.

Olli convenere. Sedet Rex optimus aureo
Alior in solio, Et tantum inter prominet omnes,
Corporis atque animi donis, atque ore diserto,
Quantum fidereo Sol clarior exstat Olymbo.

A dextra Et lava Seniorum amplissimus ordo
Cingit utrumque latus Patrum, quos inclita virtus
Et gravitas avi, Et sermo prudentior ornat.

Pone patres primos stat Eundique circumfusa
Maxima Nobilitas Regni insuperabile robur,
Si modos sit concors secum, Et se suscitet armis.
Ut tandem in toto sunt facta silentia catu,
Talibus exorsus solio Rex fatur ab alto.

Rex Comitia
indicit.

Rem nulli obscuram loquimur, nec lucis egentem
Regnicola magni: quia nam sententia nuper

Consensus
Senatorum.

N

Ve-

Regis Oratio
ad Ordines
Regni.

L I B E R III.

*Vestra fuit, Moschis bellum renovare cruentum,
Nec sincere arma prius quam cunctas restituat res,
Insidijs Regno ablatajura omnia contra.*

Moschi victi
& retrò pulsi

*Ivimus, & magnis fortess pugnavimus ausis.
Ac bene habet: Superi firment omenḡ secundent.
Fracti hostes tandem bello, fatisq; repulsi
Secessere retrò, & nobis sua terga dedere.*

Natura Mo-
ichi.

*Restat adhuc Magni sola obderata Ducas mens,
Vincere qui suetus prius omnes cedere nescit,
Nescit & offenso contraria Numine ferri
Vota sua, & scelerum meritas se expendere pœnas.
Nec tamen in lucem egreditur, neq; prælio aperto
Rem peragit, rectit anguam sibi nullius unquam
Conscius, abducit retrò caput, & fugit arma.
Totq; animas seva obstrictas formidine pæna
Arcibus includens medio in discrimine linquit.
Ipse usq; extremas pontiglacialis ad oras
Avia per profugit, tutos queritq; recessus.*

Rex pollicet-
tur sibi certa
victoriam.

*Este ergo Proceres animis opibusq; parati
Ire hostem contra: qui formidabilis ipsi
Ante fuit mundo: quem Regna externa ferebant
Invictum, hunc victum mox Regna Polona videbunt.
Dent salie auxilia, & dent æra, manusq; ministrent;
Hi quibus est Regni decus & Respublica curæ.*

Sic

S T E P H A N E I D:

Sic bene quod caput bellum, bene desinet esse.

*Talia facundo postquam Rex edidit ore,
Regnicola cuncti, quamvis insigne gravamen
Passim exhausisset miseris hinc inde colonos,
A sensere tamen, nervumq; ad bella dedere
Visi omnes magno Regi valedicere plausu.
Omen cum plausum dixit Samoscius esse:
Nimirum Regem Victorem mox rediturum.*

*His dictis Vrovecium jubet ocyus ire,
Progeniem ut Regni Mavortia pectora cogat,
Principios omnes, & Equestris nominis omnes.
Nec mora fit densus cunctis concursus ab oris
Belligeræ turba, Martisq; ad prælia natæ.
Omibus unus amor: omnes arma, arma, loquuntur.*

*Utq; fremunt aura cum venti quatuor orti,
Quatuor è magni diversis partibus orbis
Connixi inter se certatim prælia miscent,
Silværumq; comæ, & terras turbine perflant: (æther.)
Murmure cuncta sonant, totus quoq; murmurat
Haud alia est facies furibundo Marte vagante
Præstantum lumen, ad bellum properare volentū.
Quisq; virum quantum potis est accurrere certat
Magnanimo Regi, per mille pericula vita
Quæn virtus ductum claris insignit armis,*

Crdines Reg;
ni prior. erit
Costritutio-
nem.

Præfigium
Samosciij.

Niclaus
Vrovecius
conscribit
Equitem Po-
lonicum.

Comparatio.

LIBER III.

*Bellorum ingenito totumq; implevit amore.
 Hinc illum multi stimulos quibus emula Virtus
 Indidit, è Regni non tantum corpore nati,
 Sed quoq; longinqua procul è regione profecti
 Sponte sequebantur. Nec te Rhedere pudebat
 Slesiacas terras patriamq; relinquere dulcem.
 Tuq; domo illustri fate Lichtensteine Baronum
 Austriacæ gentis, postquam te Thracia vidit,
 Inde Asia populi, nec non altissimus Æ mons,
 In quo hausit superas Moyses mandata per auras
 Dictata ore Dei, denisq; inscripta tabellis.
 Qui Calabros, Siculos, flagrantemq; ignibus Etna.
 Quiq; per agrasti populos & mœnia Roma
 Piuraq; qua versu nequeo comprehendere Regna:
 Venisti buc etiam tot tempestatibus actus,
 Et studio Virtutum, & tanti Regis amore.
 Addit se comitem Vicetumius, alter Achates
 Qui tibi ubiq; fuit per tot discrimina rerum,
 Perq; tot ambages terra pelagoq; emensas.
 Tu quoq; Minguiciæ gentis generosa propago
 Cui Caspar fuerat consanguinitate propinquus,
 Bis Byzantini quem viderat Aula Tyranni
 Pro grege Christiadum, & pro Cesare Maximiliano
 Malia perorantem facundo pectore verba:*

Extranei
multi ad bel-
lum suis sum-
tibus accurrit

Nicolaus
Rhederus.

Baro à Lich-
tenstein Au-
striacus.

Vicetumius.

Caspar Min-
kuuiz.

Im-

S T E P H A N E I D.

Imberbis Invenis, primoq; in flore Inventa
Huc quoq; te confers flagrasq; cupidine belli,
Ignarus fatiq; tui sortisq; future.
Omnibus ad bellum datur ire: ast inde redire
Non dabitur cunctis: Mors certa, incerta sed hora,
Quoq; loco minimè credis, morieris in illo.

Tu quoq; Dhonano Fabiane è sanguine nate,
Gallorum assiduis toties exercite bellis,
Hac etiam sequeris miles spontaneus arma;
Exemplo fratriis, qui quondam fortibus ausis
Pro Regno atq; ipsa pugnans Livonide terra
Pernavia in campis tormenti concidit iētu.
Dum sic diversæ concurrunt undiq; gentes,
Rex Transilvanas jam dudum misit in oras,
Atq; novos iterum pedites Equitesq; coëgit
Fratriis ope: hinc Grodnam mox Vilna tendit ad am-

At Farensbeco peregrina in Regna profecto (nem.
Cura datur certi conducere militis agmen,
Quem belli multo edocuissest Cantaber usu:
Dum Belge afflicti Hispano cum Rege tot annos
Bella gerunt, discuntq; cavas explodere cannas
Eminus, & longis distantes passibus hostes
Haud fallente globo atq; iētu prosternere certo
Edocti norunt, tales Rex optat habere.

Fabianus
Burggrabiū
á Dhone.

Rex in Tran-
silvania Equi-
tes conscribit

Farensbecius
in Germania
profectus pe-
dites selope-
tarioris cōcrica-
bit.

DANIELIS HERMANNI
POEMATA MISCELLANEA
Quorum quædam antehac separatim,
quædani verò nuper, & nunc cum prioribus
illis conjunctim sunt edita.

VOTUM NUPTIALE Dño: HIERO-
nymo Colero Sac. Cæf. Maj. in Camera Aulica ab
Epistolis: Ego Magdalena præstantis viri
Matthæi Mulich Senatoris Norim-
bergensis Filiæ

Novis Sponsis.

Anno 1578.

 Isurus patrios nuper Colere penates
Quando è Cæsarea sede profectus eras:
Istriades Nymphæ magno gemuere do'ore,
Danubius mœstum condidit am'ne caput.
Pegnesus contrà lætro sele extulit antro,
Norica qui liquidis mœnia transit aquis.
Diversos diverla movent. Hic lætior inde,
Gaudia conjugij quòd tibi Sponse ferat.
Tristior hinc alter, quia quem dilexit abundè,
Huic maller socij vincla parare tori.

Di-

Discordes natale solum componit: & ipsi
Colero Sponsam se dare jure putat.
Gratulor ergo tibi de tali Sponse puella,
Quam decorat miris gratia multa modis.
Vivite concordes una duo vivite carne,
Sit vester felix, & sine lite, torus.
Quiq; olim in Cana sacris Galilæide tædis
Affuit, is vobis Christus adesse velit.
Scribere plura quidem volui: sed tædifer Hymen
Non tulit, ac dixit: cætera Amoris erunt.

MVSÆ MARTI CONIUNCTÆ
ex Regijs ad captam Polotiam castris missæ Clariſſi-
mo Viro Dno. Iacobo Monaw Uratislavienſi:
Et Susanna nata in honestissima



Vogtorum familia

Novis Sponsis.

A Striacis postquam nuper digressus ab oris
Uix bene contigeram patriæ confinia terræ,
Istula qua glaucus Gedanam præterfluit urbem:
Me subito ignotas Respublica misit in oras,
Dum justum Moschos bellum meditatur in hostes
Rex Stephanus, turmasq; Equitū pedumq; cohortes
Lustrat, Et adversum fidens fert pedius in agmen.

Er-

D A N . H E R M A N N E

Ergo iter emensus longum per inhospita lustra
Perq; viam auditam nunquam mibi, nec quoq; vi-
Per silvas ubi pagi olim agricolaq; fuerunt, (sam,
Pervenit tandem incurvi prope rura Polottæ,
Quem circum circa Rex obsidione tenebat
Iam victum & fractum ne quicquā flumen agentem.
Quà stetit urbs, cinis est: injecto cominus igne
Arx quoq; aperta fuit sumans radicibus imis,
Corruuita simul: sed tandem dedita Regi
Submisit sese, vita servavit & usum.
Hic primo ingressu dum propugnacula fenestram
Vulcano superante dabant via facta fuit vi,
Ora virūmq; atro vidi squalentia tabo.
Par strabe operta fuit: pars igne absunta inimico
Hesit adhuc ossis: dum flammam extinxit: at alter
Pariete collapse cerebri fragmenta reliquit.
Multi scmineces spirabant undiq; strati,
Glans cannis expulsa carvis quos eminus iectu
Non pleno tetigit. Nec solos venit in hostes
Ille dolor: percunt passim per compita & herbas
Quadrupedes, campiq; ingentes ossibus albent.
Sors eadem reliquias captas quoq; contigit arces,
Quas memorare foret breviori hoc tempore longum.
Tristior at longè Sokolam sustulit arcem

Exi.

MISCELLANEA.

*Exitus. Hic miles furijs accensus ē ira
Per medium irrupit flammam, ipsa incendia ē inter
Tristia miscebat combustis prælia dextris.
Quò non auri ardor mortalia pectora cogit?
Dum nimium prædam sitiunt, inhibantq; rapina,
Abstulit ignis edax nostrorum corpora multa.
Moschus ut incensa nostros conspexit in arce,
Nunc moriamur, ait: sed non moriamur inulti.
Sunt etiam nobis, sunt cedere nescia cuiquam
Pectora, sunt animi vitam contemnere sueti.
Sic fatus flammis densissim funale coruscis
Conjicit in nostros, stridulum simul ē rotat ensem.
Hic pilum jacit, hic raptum de pariete tignum,
Ollasq; patinasq; incurvatosq; lebetes,
Res epulis quondam, tunc bello ē cadibus aptas.
Ille rotam, ille axem, ē quicquid dabat ira, furorq;
Intentat miser. hic telis sudibusq; præfus
Stratus humi quamvis icts minitatur inanes,
Et moritur, moriensq; alios secum injicit Orco.
Sicq; mori medio pulcrum putat hostis in hoste.
Hinc arce effusi stationem rumpere tentant,
Atq; fugam arripiunt alij, quaruntq; salutem.
Sed juga clausa fuit, tormentaq; grandinis instar
Cerebra volant. nulla est moriem evitare potestas.*

O

Hec

D A N . H E R M A N N I

Heu quanta miseria cedes fugientibus instant?
Giscit pugna atrox, sternunturq; ob via quevis
Arimina, jamineis resonatq; ululatibus intus
Arx ardens, clauso nam multe in fornice matres
Dum vitam querunt, has fumus strangulat ater.
Iamq; ignes superant, tenebrosa nocte fit aér
Lucidus, ipsa procul flammasq; Polotia vidit.
Occidit hostis atrox: domus occidit: occidit ignis.

*Hic finis belli Moschorum milia multa
Occubere: quibus melior fortuna pepercit,
Hi duci ad Regem manibus post terga revinctis
Ibant, & veniam pariter vitamq; rogabant.
Ipse ego cum præsens horum Spectator adessem,
Non homines rebar: sed agrestia bruta, ferasq;.
Et tamen his tanta est regnandi innata libido.*

*At vos ô Proceres vos Primoresq; Poloni
Concilium magnis Regni de rebus agentes,
Consulite in medium, & conjunctis viribus ac vi
Nunc agite, & Regi unanimes succurrite vestro.
Bellum opportunum hoc, & fausto numine gestum,
Successusq; urgete istos, urgete laborem.
Nulla diu melior fuit bac occasio belli:
Sæpe quidem premitur sperata gloria palmae,
Sed justo in bello tandem bona causa triumphat.*

Hos

M I S C E L L A N E A.

Hos inter motus armorum interq; tumultus
Dum volat ad Regem auratis victoria pennis:
Ecce mihi venit longinquis littera ab oris
Missa novo à sponso: quem, dum per fata licebit,
Semper honoratum (sic virtus poscit) habebo.

Clare vir, atq; ziros inter notissime doctos,
Monavie stirpis decus, Ælaus magna Iarole:
Tunc ille antiqua mihi consuetudine junctus
Fœdus inire paras tandem de more jugalis?
Tene ego præteream nota celebrare Camæna?
Non ita me docuit nostra conjunctio vita.
Te novit Rhenus, Rhodanus te novit, Ælster,
Et Nicer, Æ Padus Æ cum mæsto Sequana Mosa,
Istula cum Viadro, cumq; Albi Salare refracto, (lo.
Bregela cum Mæno, Æ Sprea parvo mistus Have-
Quosq; referre mora est. nec opus quos dicere cūctos.
Ergo forem quanquam extremo sub cardine mundi,
Semper ubi spirant immanes turbine Cori,
Et terras, concretum Æ perflant frigore pontum.
Si qua tamen patulas mihi grata veniret ad aures
Fama viro à tanto, projectis pectore curis
Latarer, faceremq; ignoto carmen in orbe.

Salve Pieridum Cultor: Sponse optime salve,
Quem decorat virtus, quem comi Gratia vultus

D A N . H E R M A N N I

Ornat, & insignes vita promittit honores.
Te quoq; Sponsa meis jubeo salvere Canænis;
Vogorum celebri Susanna è sanguine nata.
Laude pudicitia, formaq; insignis, & annis:
Quæ tantum luges Matronas inter honestas,
Inter nocturnos quantum Hesperus emicat ignes.
Coniux digna viro tali: vir conjugæ tali
Dignus es, & tæda rectè vos copulat ista
Auctor conjugij Deus, auctor fæderis hujus.
Par salve optatum: par sancto fædere junctum
Quod solvat nemo: quod nulla & separat hora,
Nulla nisi è vita quæ functos evocat, hora.
Vivite felices, facundo crescite lecto,
Nec dirimat vestros unquam lis improba amores.
Tuq; Iacobæ tuo cresce auctus sanguine, & annis
Sæpius elapsis precor ut tibi parvulus ade
Monavias ludat, te patrem appellat, & ulnis
Infundat se sape tuis, tibiq; oscula portet.
Quod superest dilecte vale, salveq; Iacobæ,
Hocq; tibi missum longinquis carmen ab oris
Accipe, amicitia cœn munus amabile nostræ.
Hoc ego non genui Aonia projectus in umbra
Carmen, inest illi nec docta forma Camæna
Ut facerem versus doctos, & nobile carmen,

Cœ.

MISCELLANEA.

Copia nulla fuit, librorum copia nulla.
Imò quòd hæc scripsi media inter prælia Martis
Pierides rihère Deæ: risitq; Cupido,
Sci�entiq; manum mibi jæpe retraxit Apollo.
Eius sum iamen has Marti conjungere Musas.
Ego meo veniam dabis ignoscesq; labori.
Multæ viatorem impediunt incommoda: vel quod
Seu pœnas incedat, currus vevehatur, equore.
Sæpe tenebrosa sub sera crepuscula noctis
Excipi hunc durus jejuna rusticus àde,
Hospitium præbens doctis inamabile Musas.
Nec cibis ora juvans præbetur, copia potus
Qui juvet, haud semper de dulci affertur Iaccho.
Ex lupulo coctus tenuis liquor ora fatigat,
Sternitur Æ vili congestus stramine leclus.
Sæpe ego decubui sub cælo stratus aperto,
Et metuens frigus radice sub arboris ignem
Extruxi, atq; aliquis me riu affatur, Æ inquit:
Tu quoq; disce novos, veteres dedicito somnos.
Hæc propter veniam des, atq; has Sponse Camænas
Hospitio excipias facili. Æ jam cardine moto
Occulas reclude fores, dextraq; lenigna
Accipe portaniem gratantia carmina Musam.
Nam perlesa via tremulis Æ passibus herens

D A N . H E R M A N N I

*Longius ire nequit, requiemq; exoptat amicam.
Nunc taceat tandem, factoq; hic fine quiescat.*


D N O . I A C O B O M O N A V V ,
E T S V S A N N Æ V O G T I N . S .

 *U*n natam é celebri Vogtorum stirpe Su-
Elysijs ambis clare Monave jugis:
Mæonide accurunt Musæ, tadasq; morantur,
Teq; sibi obstrictum Sponse Monave ferunt.
Iuppiter auditor causa est: causam orat Appollo:
Mercurius rursum mutuat ora reo.
Exagitat factum Æibus, pœnamq; reposcit:
Indignum in Musas clamitat esse scelus.
Pernegat id Majagenitus, crimenq; refellit.
Quin factum summa cum ratione probat.
Namq; beatorum Sponsa hec è sedibus orta est:
Nil male fit quo sunt cuncta beata loco.
Nil quoq; decedet Musis. Nam ducta Susanna est
Majore ut Musas cum pietate colat.
Hæ sape ingenium obtundunt, viresq; futigant:
Defessum cur non recreet Elysia?
Tum sacra Musarū per inhospta rura frequentans,
Dum procul à patrijs exul oberrat agris:

Dum

M I S C E L L A N E A:


Dum Salā, Rhodanumq; libit Rhenumq; Padumq;
 Arnobam ē Iubam dum petat, atq; Adylam:
 Dum cōlo elatos Alpes miratur, ē haret
 Affixa maneat nūlibus, anne Polo:
 Muli a tulit, fecit q; puer, sudavit ē alfit:
 Elysio fuerant n̄ embra fovenda sinu.
 Quin fieriles semper Musæ: sed certa Monavum
 Mors manet, ē Musis quis modò sacra feret?
 Hinc ducta Elysia est, ut post venientibus annis
 Cultores habeant templa, Deusq; suos.
 Talia Mercurius: placuit sententia: moxq;
 Votum conjugio qui:q; dedere novo.
 Quin data lex cōlo est: ut quem sors aqua fatigat
 Präsidium campis expetat Elysij.



DE:

D A N . H E R M A N N I

D E R A N A E T L A C E R T A
Succino Borussiaco insitis,
Discursus Philosophicus.



In Rana & Lacertam Succino inclusas.



Antonius Quareringus Patavinus.

Ritificis fabricata manu simulacra latentis,
Ore loquax tacito Ranæ spirantis imago,
Tuq; lub angusto præclusam carcere vitam
Faucib; efflantis, species miranda Lacertæ,
Dicite, quis tanto lxtæ vos munere sortis
Demeruit : fragili ut spolio membrisq; caducis
Exemtas rutilo Electri concluderet orbe ?
Nunquid ubi in glaciem solidam se fluxilis humor
Cogeret, & gelida ponti concreseret unda
Devinxic lento interceptas glutine casus ?

An

M I S C E L L A N E A.

An potius Natura parens, ut nobile Paulo
Exprimeret donum Iasco, primordia rerum
Miscuit, & vivis animavit Succina formis?
Quicquid in effigiem vestros hanc transtulit artus,
Fortunatae ambæ, quibus ipsa morte perennem,
Insigni vitam licuit reparare sepulcro.
Sed mage felices tanti quod sede receptas
Hospitis, æterno vos dulcia carminâ cantu
HERMANNI decorans famæ immortalis honore.

Roma fac. Anno 1583.

DE RANA ET LACERTA

Discursus Philosophicus,

ad

ILLVSTRISSIMVM DOMINVM
DN. IOHANNEM DE ZAMOSCIO.

Regni Poloniæ Cancellarium su-

prenum, & Exercituum
Generalem.



Nsitam in Electro Ranā, tremulamq; Lacer-
Quæ Iascus Gedani monimenta insignia servat (tam,
Digna Monarchæ aliquo, & totum memoranda per
Fert animus celebrare. Veni nūc dexter Apollo, (ortē,
Dum mibi naturæ canitur mirabilis ordo.

P

Nam

D A N . H E R M A N N E

Nim quis fortuitus parva & reptilia casus
Intrare hæc quondam pellucida Succina iussit;
Has intrare domos? Facile olim intrastis in illas,
Sed revocare gradum, superasq; evadere in auras,
Vos vicit natura isti mira in ita Naphtæ,
In qua vestra manent aeternum corpora clausa,
Quæ nec putredo absumit, nec longa vetustas:
Tantum robur inest huic Naphtæ, tantaq; Virtus.

Aspicis ut stet adhuc illæso corpore Rana?
Rana gerens viridem cœu nuper nata colorem.
Vi pedibus distenta est? ut torvumq; tuetur
Lumine distorto? saltum velut usq; minatur.
Et quasi contendit patulas exire sub auras.
Abnegat Electri massa indurata regressum.

Frusto alio exiguo tremebunda Lacerta lacertos
Nequicquam extendit, sinuatq; volumina cauda
Tortilis, squamae apparent per terga minutæ,
Et parvi unguiculi: deformes pandit hiatus
Os, in agone olim luctaq; in mortis apertum,
Quando anima evomunt crebris singultibus actam:
Sanguinis hinc sparsi vestigia viva supersunt.
Heu misera, ut voluit caveam evitare futuram?
Suavis odor pinguis terræ penetrare cavernas
Impulit: hic illam liquido implicuitq; Electro.

Descriptio
Ranae Succi-
no infixa.

Descriptio
Lacertæ Suc-
cino insita.

Vix

M I S C E L L A N E A.

Vix ambas melius Cons depingat Apelles:
Viva representant sic vivi membra et colores.

Felices amba, atq; aeterno nomine clarae,
Quas talis succus tumba tumula uit odora.
Nobilius nullum poterant reperire sepulcrum.

Hunc ego non dicam manare ex arbore succum,
Aut maris e spuma, Heliadum lacrymis ve gelatis,
Eq; alijs causis, multorum somnia Vatum,
Quas passim memorant: majori indagine digna
Res ea, me cogit genitalis viscera terrae
Rimari, abstrusas propiusq; inquirere causas.

Terra parens rerum quas machina continet orbis,
Intus habet varios mira ratione meatus,
In quibus arcano effingit natura labore,
Diversas species res, & diversa creata.

Hinc tot opes, hinc effodiuntur totq; metalla:
Hinc venu argentum, stannū, plumbumq; chalybsq;.
Quaeq; referri e mora est. hinc ferrum prodit Taurū.
Sic oleum exesa distillat nobile petra.

Sic quoq; Prussiacis que multa leguntur in oris
Succina, credibile est fluidum illa fuisse bitumen,
Tunc ubi materies stillans ab origine prima
Igne tepebat adhuc, & succo fluxit odoro.
Quem simulac mare suscepit, gelida oxyüs unda

E ciphonema
pro tumulo
Ranee & La-
certæ.

Varix de ori-
gine Succini
Opinionis
Poëtarū, sed
vanæ.

Terra omniā
rerum parens

Omnis gene-
ris metalla ex
terra.

Petroleiori-
go.

Prima opi-
nio de Succi-
no Prussiaco.

D A N . H E R M A N N I

In lapidem & concretam vertit frigore massam;
Quia tandem gravitate sua descendit ad imum
Æquoris. hinc illam exorti cum turbine ventis
Eruat natura maris. Tunc rusticaturba
Hamo instructa levi, nudataq; corpore, saltu
Littoribus vicina vada intrat, subter & undas
Hanc haurit massam, rursumq; ad littora prodit.
Nec tantum ratio, verum experientia ipsa
Crebra docere potest, obscura nocte per umbras
Sulphuream velut imis flammarum exiisse cavernis
Montosum ad littus, miseris Sudavisq; propinquum:
Sive ergo illa fuit projectum e viscere terræ,
Ex ea aut rupis vena interiore bitumen:
Sen vapor, internum designansq; halitus astum;
Communis sensus tamen hoc concedere cogit,
Non nisi præpinguis generari in viscere terræ,
Multus ubi vapor, & multus calor astuat intus,
Materiam hancq; coquit, coctamq; extrudere certat:
Proprietas manet hinc illi: facile arripit ignem,
Et naturali attractu stipulam eminus haurit
Hac ubi materies manibus tractata calescit.

At quod arenosa in tellure Electra reperta
Nonnulli referunt; in agris Germanidos ora
Fossa quoq; interdum: hac preciosi muneris instar
Foræ

Succinum
Prussiacum
ubi & quando hauriatur.

Montes Sudavi in Prussia sape exhalant vapores sulphureos.

Proprietas Succini naturalis.

Succinū interdum in arenosis locis inventum, sed non ibi genitum.

MISCELLANEA.

Fortè quis infodit belli flagrante tumultu.

Illa autē tumidis procul arbitror acta procellis (tus.

Ad loca, quæ quondā mare erant, nunc campus aper-

Verūm esto; invenias terra in Germanide Naphtā,

(Sed non invenies) quaras siccisq; in arenis.

Non tamen hanc gustu, forma, virtute, colore

Æquiparare queas isti, quam continet aquor,

Æquor in Arctois quod Prussos alluit oris.

Nunc si displiceat terra aut ē monte cavato

Litoribus vicino tale exire bitumen,

Inde mari injectum solida indurescere massa:

Ac fundum maris arcana bullire scatebras

Pone, vel aquoreis sub rupibus assere easdem,

Arcano pinguem intus Naphtam agitare calore:

Ipsis quæ tandem ebullit protrusa scatebris,

Et protrusa statim gelidis durescit ab undis.

Ergo mari fundo hanc siquidem scrutamur in imo,

Alterutrum ex illis certum Ē verum esse duobus

Non sum animi dubius. Sed quaratione modoq;

Bestiola hæc intrent pellucida Succina multæ,

Dicere difficile est. Si summis innatat undis

Naphta recens, Ē adhuc fluidus liquor, appetere illū

Credibile est Ē apem, parvumq; volatile muscam.

Littus in extreum sin Naphtam vena rejectet,

Montes Gedanenses inter Habum, mare, & Isthmulam; olim non fuerunt.

Altera opinio
de Succino
Prussiaco.

Conclusio de
Origine Succini
Prussiaci

Causæ exter-
næ, quomo-
do reptilia a-
liqua aut vo-
lantilia Succi-
no oblin-
polint.

D A N . H E R M A N N I

Margine in extremo glomeratur parvula queq;
Bestiola, & tali succo oblectatur odoro.
At simulac venit cumulo præruptus aquæ mons,
Obruit has omnes & littore lambit ab alto.
Sic in viscosum illapsum reptile bitumen
Heret, & inflexa raptu (velut arbitror) unda
Materia, simili super affuso vœ liquore,
Volvitur in præceps, cavea tumulatur & ita.
Res patet exemplo. Nam quadam ingentia Naphtæ
Frusta videre licet, quibus undæ includitur intus,
Huc illuc refluxens: crescitq; ubi Delia, crescit
Intus aqua: hanc unquam penitusq; absuntur intus:
Ergo aliquis casis succo isti forte fluenti
Hanc infudit aquam, massa involvitq; cavata.
At quod non unda exsiccatur: resea mira.
Sive quod Electrum putredine prorsus ab omni
Inmune, inclusa in se se incorrupta reservat:
Sive sic hanc vulgaris aqua, at quæ forsitan hujus
Participet causam Naphtæ, arcaniq; fluoris.
Quicquid id est: certè non est sine Numinе Divum:
Hactenus externa, per quas animalcula parva
Hac intrare queant pellucida Succina, cause.
Sin magis arridet sententia, forsitan in imis
Visceribus terra perfectè hac omnia nasci:

Probatio per
Exempla.

Succinum nō
admittit pa-
refactionem.

Cause inter-
næ, quomo-
do reptilia a-

No-

MISCELLANEA

Naturam arcana statuas virtute creare
Res intus varias. Sic quando Eruca putreficit,
Papilio vernam pinnis emergit in auram,
Cumq; estate perit. Putrefacto viscere tauri
Florilegæ nascuntur apes. Spinae èq; medallæ
Exoritur serpens, homo quando putreficit humatus.
Crabroq; feritur equi putrefacto è viscere nasci.

Sed quid in his moror exemplis ? hoc occidit, illud
Exoritur rursum, unus corruptio & Entis
Alterius nova fit versa generatio forma.
Non igitur dubium, gremio telluris in imo
Esse vias aliquas, sparsasq; binc inde cavernas,
In quibus effingit putredo animalcula parva,
Quæ loca si tangant tepidis vicina scatebris,
In quib; Naphta recens generatur, & quibus exit,
Illam adeunt facile, & facile involuntur in illa,
Solumenq; mali tumulo conduntur odore.

Tertia restat adhuc, gravis hac & opinio restat,
Quæ suis firmis innititur argumentis:
Fingere naturam tantum has per Succina formas,
Cælitus impressos, & inanes esse colores,
Quos plenum formis calum naturaq; fingunt.
Quotquot enim in partes massam secuere minutas
Rem perscrutati, vestigia nulla, nec ullas

liqua aut vo-
latilia, aliaq;,
Succino in-
sist.

Generatio
varia in terra
& extra terræ

Vnius corru-
ptio est alte-
rius Genera-
tio.

Tertia con-
jectura de ijs
quæ in Succis-
no apparente.

Experimen-
torū Exemp-
ta.

Rel-

D A N . H E R M A N N I

In fodinis
metallicis
Misericordibus
reperiuntur
lapides qui
dilecti re-
presentant
genuinā pis-
ciam figuram

Quæstio de
transfor-
matione unius
substantiæ in
aliam, forma
manente.

Quæstio de
Diluvio &
Submersione
totius mun-
di.

Relliquias potuere ullius cernere membris.
Sed solidum videre intusq; extraq; bitumen.
Sic lapides nigri fossi in Germanide terra
Per medium dissecti, intus (mirabile visu)
Sepe representant nati vi squamea piscis
Terga: sed hec credunt impressas esse figuratas.
Metamorphos hic dubia torquet sententia mentis,
Dum crux ille intus pressa sub ventre Lacerta
Et visus fluere, & se hinc atq; inde movere:
Apparetq; intus spatum restare fluoris.
Sic & aqua in medio Electro quæ fluctuat intus,
Efficit ut dubius sensa in contraria ducar.
Quid si ea sit Naphtæ (neq; enim vis illius omnis
Nota sat est) virtus? ut dum calet, atq; prehendit
Bestias tales, cœu Sol tenuissima queq;
Atq; atomos transit: sic se transfundat in illas
Arcana virtute sua, arcanoq; calore:
Transmutetq; potest quicquid putredine obire,
Ac tantum restet de corpore inanis Imago.
Catera at in solidum conversa abeant Electrum.
In nova mutatas sic ducunt corpora formas.
Sic quoq; quando olim cœlesti Numine lasso
Totus erat mundus vastis submersus in undis,
In tanto pelago, tantoq; in turbine aquarum

Cun.

M I S C E L L A N E A.

Cum foret haud aliud visum nisi pontus & aér
 Credibile est montes, cum montibus oppida & arces
 Sede fuisse sua motas sursum, atq; deorsum.

Atq; ita congeries rerum revoluta remansit,
 Ad quem pulja locum fuit: & sic credere fas est,
 Disjectos inter montes & saxa, & arenas,
 Collisum pisces lapidi impressisse figuram,
 Inq; aliud corpus forma transisse manente.

Sic sita Russiacis per amena Leopolis oris
 Non procul a se effossa tellure repertas
 Vedit saepe ollas, patinas, curvosq; lebetes,
 Arte velut figuli factos. Argilla sed olim
 Quae fuit, in lapidis naturam versa putatur.
 Aut ergo hac rerum genitrix Naturae creavit,
 Aut Chaos equoreum terra contexit operta,
 Quae quondam fuerant hominum collecta supelllex.
 Insita sunt sed enim gremio telluris in imo
 Omnia, qua mundi diversus postulat usus.
 Diverso at cœli tractu diversa creantur.
 Sic quoq; dum vallo Zamoscia cingitur alto,
 Res mira effossa triplicem tellure videri
 Materiem, Calcis, Saxi, Argillæq; tenacis,
 Qua tria subsequitur tandem fundo unda sub imo.
 Quatuor his a se secretis arte magistra,

Q

Ater.

Circa Leopo-
 lim in Russia
 multa reperi-
 untur in terra
 quasi arte fa-
 cta.

Diversus Re-
 gionum tra-
 ctus diversa
 generat.

Constitutio
 terræ Zamo-
 scianæ.

D A N . H E R M A N N E

Eternum & magni monumentum insigne laboris
Surget, eritque suis murus circumfluus undis.
Hoc opus in patrijs Zamoscius erigit oris,
Nulla dies unquam memori quod suppressimet aevum.

Scatebræ
quædam Vn-
gaticæ trans-
mutant ferrum
in Cuprum.

Ranæ & La-
certæ trans-
mutatio in
verum Succi-
nū forma ma-
nente.

Quin etiam nostro fama est memorabilis aevum.
Pannonia in terris undas existare scarentes,
In quibus intinctum ferrum, plannumque repente
Vertitur in Cupri naturam: fit quoque Cuprum.
Atque hinc materia simul & conversio forma est.
Et quid adhuc obstat cur non ego Succina credam
Vi quadam arcana rem transmutare prehensam
In secessus inquitque sui naturam glutinis, ipsa
Forma hanc mutata? Sic Rana accessit ut olim
Succosa scatebra vicitum temeraria ad antrum,
Fortè superfluo correpta bitumine inhabuit,
Versaque in Electrum est: ac tantum forma remansit,
Et nihil est Rana nisi posthumus restat imago.
Illa tamen tumulo hoc simulat se vivere odoro,
Distorquetque oculos, atque ora loquacia, guttur,
Sufflat bians, ventrem gradiendo portat obesum,
Et conatur ait huc (sed frustra) exire sub auras.
Naphtha vetat: vextat ipsa rei conversio facta.

Atque bac Electri de Rana, deque Lacerta:
Namque sunt Ranæ, sunt bac quoque scripta Lacerta.
An-

De Rana &
Lacerta una
eademque opini-
o.

MISCELLANEA.

Ambarum est eadem ratio: ambas res habet una.

Una materia, & Naphta tumulantur eadem.

*Sed quia consensit Scriptorum nemo priorum,
Tantaq; naturæ arcana indiscreta videmus,
Et certant Physici, & palmam tulit antea nemo:
In medio hac alijs quoq; discutienda relinquamus.
Non secus ac nil decidens Academicus auctor
Invenit, & dubitat, cuncta & suspensa relinquit.*

*Bestiola viles, generatio putrida, & inter
Omnia qua reptant, viliissima, quas mihi grates
Reddetis rursum? dum vos vestrumq; sepulcrum
Carmine vivaci ventura ad secula mitto?*

*Non ego dona peto: nec enim dare dona potestis:
Res faciles, justasq; aliquas rogo. Tangite nunquam
Meq; measq; domos: hortam mihi linquite totum
Immunem a vobis: piscinis, fontibus, undis
Vos excludo meis: procul hinc discedite Rana.*

*Limitibus vestris contentæ estote, paludes
Intrate, ing; lacus limosos, ing; palustres
Ita catervatim Cannas: stridentibus aptæ
Sunt Ranis cannae. Quod si quis forsitan existet,
Qui sanguis sese tremula de more Lacerta
Serpit in obliquum, atq; a tergo sibila stringit
Ora, bonos contra, nil quicquam tale merentes:*

Disputatio de
Rana & La-
certa Acade-
micorū mo-
re instituta,

Apostrophe
ad Ranam &
Lacertam.

Petitio à Ra-
nis.

Ranarum na-
tura.

D A N . H E R M A N N I

Aut struit infidias, occultatq; ore venenum,
Aut Marte insignes, Et claros arte remordet:
Certatim hunc contra glomerata insurgete Rana,
Atq; hostem talem vestra prosternite pugna.
Sunt vobis animi, sunt labra minantia labris,
Morsibus os, unguis canibus carpentibus apti.
Testis Aristophanes Scriptor Comœdus, Et ipse
Maenides testis, cecinit qui prælia vestra.
Injicite arma bumeris: galea caput, at latus ense
Cingite, deinde ocreis cochleatis addite calcar,
Unaq; in alterius tergo portata equitate. (dextra,
Tum lava Clypeum, Et longam hastam intendite
Pandite stridula labra, resolvite garrula Et ora,
Inq; pares vobis paribus consurgite linguis:
Et stridetis enim Rana, Et garrisce potestis.
At pietate graves, expertos Martis Et artis,
Aonijq; chori studiosos linquite coetus.
Sic unam e vobis Electro contumulatam
Quicceci Ranam, Et celebravi tale sepulcrum,
Quale solet toto reperiri rarius orbe,
Virtutem Electri paucis quoq; versibus addam.
Maxima in Electro virtus est insita, visq;
Namq; oleum ex isto stillatur nobile succo,
Auxilium varijs morbis, medicinajq; præsens.

Aristophanis
Rana.
Homeri pug-
na Ranarum.

Virtutes Suc-
cini.
Oleum Suc-
cini Cathar-
rosis & verti-
ginosis utile.

Si

MISCELLANEA.

Si te discruciant gelidi sine fine catharri,
 Illine gutta olei caput alto in vertice, fistet
 Paulatim exsicans, fluxus absumet ē istos.
 Sic Sachari rotulis de simplice more paratis
 Si terna (neq; enim Sachari plus libra requirit)
 Gutta inspergantur, permultum roboris addunt
 Languidulo cerebro, Vertigo cerebra rotatum
 Cui caput infestat, rotulis se recreet istis.
 Discunt etenim, incident, flatusq; repellunt.
 Atq; vetant ne quid possit putredo nocere
 Visceribus naturæ internis, spiritibusq;
 Quod si ipsam accendas massam, fumumq; suavem
 Naribus excipias, aperiri crede meatus
 Obstructi cerebri. Massa contusus ab ista
 Pulvis, ē epotus gravidis insigne levamen
 Matribus esse solet. nam partum promovet ipsum.
 Sunt plures laudes Succi hujus, pluraq; dona,
 Quæ nunc prætereo, ē Medicis referenda relinquo.

Hec ego dum veni populosam nuper in urbem
 Cracoviam, bifido quam præterit Istula flexu,
 Indicio alterius salvo, excudenda putavi.

Nunc vos ingenua præstantes arte Polonus
 Quis amor est patriæ quibus otia pluraq; restant,
 Quam mihi, qui varias luc i'nc mitter in oras;

Rotulae Sa-
chari cum
Succini Oleo

Fumus Suc-
cini accensi
Obstructio-
nibus Cere-
bri utilis.
Pulvis Succi-
ni prægnan-
tibus mulie-
ribus condu-
cibilis.

D A N . H E R M A N N I

ralib; disqui-
tant.

Salis fodinæ
Cracovien-
ses miracu-
losa.

*Invito, ut rerum occasus scrutemini E° ortus,
Cur saltæ concreti Velicenses undiq; montes
Tam longo tractu, E° vasto pandantur hiatu?
Dum sal tot seclis homines rimantur, E° orbem
Penè novum edificant, suffosso monte, minorem:
Nec finem inveniunt. Tanto se robore miscet
Spiritus intus agens, naturaq; alma facultas.
Majestas veneranda loco: vix grandius exstat
Mundo miraculum, cœlesti numine plenum.*

STEPHANO I. REGI POLONIAE

Maximo, sapientissimo, fortissimo im-
matura morte peremto

Communis Reipub. lacrymæ
ad

ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM
ac Dominum Dnm. SIGISMUNDUM Bathor

*de Somlio, VVoywodam Transilvaniz,
& Siculorum Comitem.*



*Ic igitur nuper moreris fortissime Regum
Rex Stephane, atq; tua nos frato: morte relinquis
Communi in luctu? Te luget lumine cassum
Candida Religio canos lacerata capillos.*

Par.

MISCELLANEA.

Parte alia Regni Proceres, & Marte potentes,
Illustresq; Duces Lithvano sanguine creti,
Militia Ductor Regno generalis in ampio,
Qui Pskovam hyberna fractam obsidione coëgit
Quære re quasitam à Moscho non antea pacem,
Vir bene de Regno meritus, patriaq; salute,
Attonis stant muti animis, linguisq; fatiscunt:
Diviniq; vident presentem Numinis iram.
Tu verò ante alios ô Illusterrime Princeps
Cui Siculi populi, cui Transilvania luctu
Aggit, heu quantum versas sub pectore vulnus?
Ante quodam amissio Patre Patruus occidit ille,
Cui virtute parem vix secula multa tulerunt.
Macte animo Princeps, donisq; illusribus aucte,
Disce ex ambobus virtutem, disce laborem,
Fortunamq; simul: sic te tua fata beatum
Innumeris donis magna inter præmia dacent.
Cumq; tibi quondam matura adoleverit etas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum
Et Pater ipse tuus, Patruusq; exsuscitet ille
Rex Stephanus, quem mens præcessa atq; inclita Vir-
Sublimem germinis in cælum evexerat alis. (ins.
Quid lacrymas toties tristes effundis in auras?
Et frustra incusas nolentes parcere Parcas?

D A N . H E R M A N N I

Pone modum lacrymis: Vivit post funera virtus:
Regis & hæc tanti mors immortalis habenda est.

Fraternis lacrymis lacrymas Soror addit obortas,
Excrucians sese fletu Gryfedis amaro:
Fæmina juncta toro Samoscij: Fæmina multis,
Ornata ingenij donis: Cui sermo Latinus,
Cui fluit ore lepos, & doct&copia longue.
Cui micat in facie virtus: cœu luce reflexa
Insita in aurato scintillat gemma monili.
Illa tot egregijs facies virtutibus aucta
Corripitur luctu, & tristri velamine sumto
Suspirat, guttisq; humectat grandibus ora.

Sic igitur moreris Rex o fortissime Regum?
Occidis ah, corpusq; tuum, atq; exangue cadaver
Mars dolet, & posita bellax dolet ægide Pallas.
Cuncta trahunt gemitus: resonat plangoribus æther
Diversis hominum. Nec solos tangit acerbis
Hic homines dolor. at passim per lustra, per arva
Insignes & Equi marent, & odora canum vis,
Cum Rege in silvis venari assueta, ferasq;
Immanes excire, suoq; obvertere Regi.
Heu misera illa canum turba ut jacet, ut suspirat?
Scilicet est etiam luctus animalibus istis:
Orba suo Domino lugent animalia quaq;.

Qua-

MISCELLANEA.

Qualis erat planctus obsessa ad mania Trojae,
Cum patriæ murus pereuntis abenewt Hector
A fortis fortis caderet superatus Achille:
Talis hic est casus mortoris plenus acerbi,
His rebus dubijs, hocq; in certamine mundi,
Victus ab invicta invictus dum morte cedit Rex.

Sic ah sic homines dubia defungimur hora:
Sic s̄pe decidimus nostra: Mors falce recidit
Nos s̄pem nostram. Cenprata per herbida messor
Mane secat florem, quem ros sub nocte creavit.

Spes erat, ô nulli Regum virtute secunde
Rex Stephane, hac mundi extrema languente senecta
Si tibi mansissent longæva tempora vita,
Europa atq; Asia fines te fortibus armis
Longè extensurum. Livones vincere suatum,
Totq; alios populos subigentem sub sua Regna,
Una vicisti dirum trieteride Moschum.

Ismabele sati, atq; Agarena stirpis origo
Virtutes timuere tuas. Iustissimus unus
Rex etenim fueras, servantissimus equi.
Ipsa tibi pietas vulnus pectorē fulsit,
Magnum animi robur fortisq; in corde vigebat.
Rex quoq; Iuris amans atq; in commune laborans,
Dites atq; inopes nullo discrimine habebas.

D A N . H E R M A N N I

Ac velut ingenium fuerat tibi ad omnia promptum,
Sic etiam uatem noras precepta dedisse
Regibus Andiaden, ut quo vis tempore scirent
Parcere subjectis, & debellare superbos.
Hæ tantæ dotes, virtutum munera tanta
Quād subito vacuas incassum abiere sub auras?
Giuma velut, ventis lusus pulvisculus, & nil.

Hæ pietas, hæ præsca fides, & Regia virtus,
Landibus ac aquanda polo; Bekeschius olim
Obliqua inuidia, stimulis quod & actus iniquis,
Ausus erat contra te moto insurgere bello.
Tu tamen hunc victimum, tu bis dare terga coactum
Sanus ubi in sece caput descendere tandem
Erigis ad summum, magnoq; in honore reponis.

At quando in geminas distracta Electio partes
Esset, & ambiguum sensa in contraria Regnum
Divisis iret studijs: tu sede potitus
Sarmatæ Regni, tibi dantes seq; fidemq;
Accipis in gremium: quibus at sententia menti
Longius immota stetit, hos quoq; Marte reducis
Rursum ad officium. Tibi Landiscrona subacta
Succebuit, videntq; gravem Dirsavia cladem:
Damnaq; adhuc queritur restantia civicus ordo.
Iſiula nec fuerat damnorum immunis corum,

In

MISCELLANEA.

In mare quâ labens Motlavas exipit undas.
Donec amor populi subjecti, splendor & turbis
(Invidiam à tergo cui sidera ferre dederunt)
Mensq; ignara mali, constans, virtusq; fidesq;
Non obdurata, at submissa mente rogando
Sic te Rex vicere, offensæ oblitus ut omnis,
Pronus & in veniam, sua iussos Iura tenere
Rursus in optata Gedanenses pace locares,
Antiqua & sineres hos libertate potiri.
Hæc equidem magna est, & verè Regia virtus:
Bis vincit, motus animi qui vincere vovit.

Ergo Magistratū quisquis fers, sis memor horum,
Subq; Magistratu quicunq; es, sis memor horum.
Nam neq; laus Domini est ubi refrenare feroces
Nescit, & econtra laxis ubi sævit habenit.
Nec bene res geritur cum cedere cogitur æquum,
Atq; male opponit se se, qui jussa Deorum
Institutæq; viam seductus spernit apertam.
Nec verò inflatis Peana intendite buccis,
Vos quibus ex casu hoc sperata occasio surgit.
Ita nedenim moritur Majestas Regia, Regnum
Vivit adhuc, vivit Rex Regno semper in isto.
Quod si publicares, leges, & Iura ministrat
Omnibus ex æquo, tandem bona causa triumphat.

D A N . H E R M A N N I

Ad corpus redeo, Regisq; exsanguia membra:
Quæ quibus amplectar manibus? quo ve oculer ore?
Carmine quo celebreim? vel quæ funebria solvam?
Non video. In rebus mæstis facundia rara est.
Tristis amat latebras, Eflere est sola voluptas.

Eflere voluptatis nunc est: Sic flemus ab ortu
Solis ad occasum: nec fletu absistere possunt
Præstantes virtute viri, qui seria Regis
Inssa sui peragunt: coëunt quæ parte fluenta
Et Musæ & Dhuna, vastum maris æquor & in-
Corde vir infracto, canis insignis & annis (trans)
Pectore suspirans gemitum Voleminscius edit.
Sic Pekoslavius virtutum dotibus auctus
Egregijs, quem Mars, Pallasq; enutriit, & Rex
Cui favit, clemensq; dedit tot castra tenere
Pro meritis, mæsto ingeminaus suspiria corde
Tuisse gemit, salsoq; genas rigat imbre madentes.
Sic Farensbecus teneris affuetus ab annis
Bella sequi, Regisq; fuit qui bella secutus
Fractum usq; ad Moscbum: Rex in Livonide terra
Munera cui quoq; ferre dedit, nunc fletq; dolentq;.
Inter Livones qui multis vixit ab annis
Militiaq; sibi laudemq; decurq; paravit,
Stat quoq; Matthias mæsto Dembinscius ore.

Per-

MISCELLANEA:

Per mare, per scopulos, adituq; carentia saxa
Qui varia gentes tot vidu & extera Regina,
Hic quoq; nunc mæret lacrymantे Penninsis ore,
Ordo Mauritij cruce quem signavit, & armis,
Quo reliquos inter non est antiquior ordo.

Indulet & Lenkus Novogrodeam qui tenet arcem:
Lenkus Equum Ductor, Dolet Orzechovius, arte
Marii simulq; valens, puerum quem Musa per ar-
Ingenuas ducium Marti dedit erudiendum. (tes

Tu quoq; Stabrovi. Castrum Treidense tenere
Piuraq; qui gaudes, ob raptum tristia Regem
Fers signa in vuln, & raris vix vocibus hiscis.
Illi omnes, pluresq; alij quoq; vivida virtus

Non sinit (ipsa licet Regis mors incidit atra)
Linquere opus captum, summis conatibus ac vi
Unanimes opere in medio sudantq; gemuntq;
Longum omnes memorare foret: vix angulus ullus
Resiat, ubi non sint fletus, suspiria, mæror.

At Regina homines ex aquo quia regit omnes
IVSTITIA ut nigro velata incedit amictu?
Ut titubat gressu? ut singultibus ora resolvit?
Pauperibus stipata, inopem miserataq; turbam.
Iamq; fori in strepitu causas audire recusat:
Nec cohicit fletum, quia nil nisi fletile cernit.

D A N . H E R M A N N I

Occidit ab iusti Cultor, rectiꝝ, p̄ijꝝ.

Occidit ab inopum tutela, columna, patronus.

Hei mihi qualis erat Rex? quam diversus ab illis
Omnibus, Aonias qui non coluere Camœnas?
Fautor eras Charitum: Musis alimentaꝝ, larga
Præbebas, quæ semper erat tibi maxima cura,
Inde usq; à primo suscepisti limine Regni.

Ergo tibi Charites Musarum & Praeses Apollo
Æternis aderunt studijs, tua gesta, tuumq;
Nomen in astra ferent, mansuraꝝ carmina scribent.
Tu mihi, pro Gedano diversa negotia tractans
Tempore quod belli quod grata tempore pacis
Hic illic comes assiduus versarer in Asia,
Atq; tua heroꝝ scripsissem gesta cotburno,
Proxus eras, largusq; simul: benefacta dedisti
Certa mihi, quæ possedeo: majora dedisses,
Purca pepercisset si vita abrumpere filia.

Pro quibus his in me meritis, dum vita manebit
Gratus ero: nec me ventura redarguet atas
Immemorem Regis: ceu vivum in corde cerebam,
Sic umbram extincti gestabo in pectore vivam.
Et mea notescit toto Stephaneis in Orbe,
Quando opus hoc multi bene maturescet ab annis:
Forſan eritq; aliquis cusus pro tempore nummus,

Fur:

MISCELLANEA:

*Forma vel exstabat, circlo conclusa rotundo,
Qua faciem, vivos Regis qua&q; exprimat artus,
Quos circum hi versus, vel circelli inscriptio talis.*

Sarmatia Stephanus Rex parvo clauditur orbe,

Qui magnum complet fama & virtutibus orbem.

Hec ego arenosas Dhun& meditabar ad undas,

Miles ut in rigidis fossas ducebat arenis

Robora palorum attollens, atq; ordine figens,

Numinis offensi monimenta in littore jacta.

Regis ego hic morte & casu perculsus iniquo

Mente steti attonita, & rorantia iumina terci.

Iamq; illas lacrymas hac mæsta in carmina verti.

Ac vos ô Proceres vos Primoresq; Poloni,

Concilium magnis Regni de rebus habentes,

Consulite in medium, viduoq; huic jungite Regno

Regem aliquem multis virtutum dotibus auctum,

Iustitiaq; gravem, bellorumq; usibus aptum.

Non deerit robur: magnum fert omnia Regnum

Sunt illi vires, bellisq; assueta Iuventus.

Quod si alma in tanto exstabat Concordia Regno

Non erit ambiguus tanti certaminis Hæres.

Sed quia fata regunt orbem, & fataliter omnes

E cœlo dantur Reges, quicunq; erit, ille

Rex erit, aut dextra, aut levata datus omne fati;

Dex-

D A N . H E R M A N N I

Dextrum omen sed enim toto omnes corde precemur.
Quod superest atro Vates velamine tectus
Eltibile tempus agam tristis, semotus ab omni
Cætu hominum, ad silvas densas, Et lustra ferarum
Regrediens, quæ Kuya undis se miscit O vesti
Irriguis, recreatq; meos strepitante susurro
Agricolas: illic Et luce Et nocte vocabo
Magnanimum tristi sublatum funere Regem,
Et lacrymas lacrymis, Et luctus luctibus addam.

F R I D E R I C O G E O R G I O.

M A G N I F I C I E T G E N E R O S I
Domini Georgij Farensbeci, hæredis in
Karkhus, Præsidis Vendensis, & sereniss. Polo-
nia Regis Equitum Livonicorum Præfeci,

F I L I O L O :

Q U I I M M A T U R A M O R T E P E R I I T
Anno 1586. die 14 Februarij, quinto die post filio-
lum alterum eidem Dño. Farensbeco recens
natum, in arce Neoburgensi,



M O N I M E N T U M .

Ate Farensbeco, Friderice George, parente,
Editus in lucem quando pusillus eras:

Mars

M I S C E L L A N E A:

Mars erat in summo positus tibi culmine cœli;
Sic soboles Martis clara futurus eras.
Parcarum invidia at quarto te sustulit anno,
Cum jam virtutis plurima signa dares.
Corpus erat teneris puerō robustius annis:
Ore venustus eras, corde animosus eras.
Rex Stephanus Victor parta Livonide terra
Quando tuo Patri munera ferre dedit:
Natus in Osilia es Patri dulcissimus hæres,
Osilia exutus mox Pater ipse fuit.
Tristia sic lætis miscentur. Sic puer alter
Naſcitur ut Patri, tu Friderice peris.
Tetulit Osilia, eripuit Neoburgica tellus;
Karkhusium, Regis munus, at ossa tenet.
Teſtantur patriæ lacrymæ, & mens plena doloris,
Quanta tuo de te ſpes fit ademta Patri.



LACRIMAE.

AD TUMULUM GENEROSI AC

*Strenui Domini Stanislai Pekoslawski, quondam
Sendomiriensis & Marieburgensis in
Livonia &c. Capitanei, imma-
tura morte sublati.*

 *Vlvis ut in vacuas vento disploditur auras,*

Vt levis in nihilum gluma redacta perit:

Sic homo decursæ claudit ludibria vitæ,

Seu brevis illa fuit, seu diuturna fuit.

Sole oriente oritur rosa sæpe, cadente vicissim

Sole perit: qui stat manè homo, nocte cadit.

Vidi ego manè homines media inter gaudia lætos,

Et vidi hos sero vespere sæpe mori.

Occidis ah viridi sic Stanislaë sub ævo,

Candida ceu primo lilia Vere cadunt.

Non tamen occumbis totus: tua fama superstes

Restat adhuc, restat gloria, nomen, honos.

Te Magnus Stephanus virtutem propter amabat,

Propensusq; tibi Rex Sigismundus erat.

Militiæ teneris tu castra secutus ab annis,

Ingenio dives, pectore miles eras.

Diverso notum bello te Tatarus hostis,

Moschus, & arx Piltæ, & pugna Bicina sciunt.

MISCELLANEA.

PANE GYRIS

IN CORONATIONEM SERENISS:
Principis ac Domini, Dñi: Sigismundi tertij, Regis
Poloniae, & designati Sueciae, Magni Ducis
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae,
Samogitiæ, Kyoviae, Volhiniæ,
Podlachia,
Livoniæ &c. Principis.

ad

SERENISSIMVM AC PO-
tentiss: Principem ac Dominum: Dnm:
Ioannem tertium Suecorum, Gotthorum, Vanda-
lorumq; Regem, Magnum Principem Fin-
landiax, Careliax, VVotschoviax, & Ingricæ Ruthenorum,
Estoniæq; Livonum Ducem, Dominum Dñm. suum
clementissimum.



Agnanimi Heroës, quos clara Polonia forti
Marte satis genuit, vel quos Lithuania magna
Protulit insignes virtute, & fortibus ausis,
Quando coronatis Sigimundum hoc tempore Regem,
Non ulli Regem virtutum laude secundum:
Nunc agite, atq; meis animos advertite dictis.

S 2

Sat

D A N . H E R M A N N I

Sat turbarum huc usq; fuit, sat flevimus omnes
Nuper, ut é vivis cedens humana reliquit
Rex ille heu Stephanos, quo nec sapientior alter,
Nec gravior pietate fuit, nec fortior armis.
Ponere nunc fletum fas est: nunc gaudia rursus
Ingeminare decet plausumq; attollere cælo.
Nam quis te Invenum fortunatissime Regnum
Inßit adire istud? Non huc te casus audegit
Fortuitus Sigimunde: haud hac sine numine Divum
Eveniunt: currit fati immutabilis ordo
Rebus in humanis. Si fatum vincere posset
Ingenij humani vis, sive potentia mundi:
Tu prius é Sueonum scopulis quam vela dedisses,
Iam Regnum hoc alius tenuisset Marte, vel arte.
Impediit fatum, Et fato prudentia major:
Quæ tantum reliquias virtutes anteit omnes,
Inter nocturnos quantum Hesperus emicat ignes.

Ergo quòd in tantum turbato hoc tempore Regnum,
Per mare, per scopulos, ad versis flantibus auris
Venis lit tandem, tuaq; expectata popello
Vicit iter durum Virtus: hac sic fore, dudum
In tabula fati, quæ cælum est, scripta fuere.
Vana igitur vires humanæ, atq; irritus omnis
Est labor, é cælo nisi detur a super alto.

Con-

M I S C E L L A N E A.

*Consilium rectum. Ceu centro immobilis baret
 Terra, super solida nitens fundamina molis,
 Aere dependens, nec partem inclinat in ullam,
 Ponderibus stabilita suis: Sic mens sibi recti
 Conscia, virtute atq; immoto corde suo stat:
 Resq; suas firmat, non ullo turbine mota.
 Nitimur incassum cuncti, qui numina contra
 Imus, in adversas viresq; effundimus auras.
 Non secus ac duo si configant cominus hostes,
 Secum habet & ventu alter, contra seq; habet alter,
 Ambo sua intentant connixis viribus arma,
 Emissisq; globis imitantur fulmen Olympi;
 Infelix, contra ventos qui pugnat, & igne
 Tormenta explodit. Nam flamma reciproca in ipsum
 Versa reddit, fumoq; ingenti involvit eundem.
 Ille stat, & neq; jam se se, neq; cernit & hostes,
 Sulphurea implicitus nebula: cadit, aut fugit ille.
 Alter habens ventos secum, se suscitat ira
 Fervidus, atq; globis fugientes trajicit hostes.
 Quadrupedansq; ruit medijs & equitatus in arvis.
 Conditorum hic status est, qui contra Numina pug-
 Atq; aliquid Superis invitatis querere tentant. (nant,
 Sic quondam e caelo detrusit Iuppiter alto;
 Anguipedum vires, immaniaq; arma Gigantum,*

D A N . H E R M A N N I

Vincere dum Superos moliti montibus altis
Imposuere altos montes: nempe Ossan Olympo
Peleon hinc Ossa, qui vertice tangeret astra.

Salve igitur Princeps fatis electe secundis,
Sidera cui caelo fulserunt fausta sereno
Varsavia in campis. Nec pulcrius existit ullum
Tempus eo solo, quo consultatio de te
Multa fuit: tepidi soles sine nube fuerunt,
Altior in forti Sol vectus eratq; Leone,
Lunaq; splendebat completo clarior orbe.
Ante autem & post electum te, cuncta fuerunt
Nubila. Pugnabat pro te Rege arduus aether:

Zodiaci in circlo Geminos cum Phœbus adiisset,
Hinc cava siderei pressisset brachia cancri:
Ne Gemini in caelo (geminata licentia namq;
Causa mali multi est) & cancer morbus edens se,
Hanc patriam, & quodcumq; boni nunc floret in illa,
Turbarent sedē totumq; a sedibus imis
Miscerent Regnum; tot ab hostibus undiq; septum.)
Hinc furor ille fuit Geminorum, hinc concava Can-
Brachia cum ventis pluviasq; imbræs q; ciebant. (cri
Successit tandem Leo: vanas disputavit iras:
Confusumq; cabos secrevit ab ordine patrum,
Et lavum dextro, & pejus meliore diremit.

MISCELLANEA:

Ac velut è terra venis argentea massa
Fossa, caminum intrat ferventem, hinc omne per ig-
Excoquitur vitius, atq; exhalat scoria in auras: (nem
Fervidus haud aliter Leo currum ut Solis habebat
(Cui rotas fatorum arbitrio tunc defuit una)
Parior accensus cunctas purgaverat auras.
Et nebulas suo jussit decadere cælo.
Cumq; rotis currus mutilus tribus haud bene staret,
Ecce rotam quartam vacuo superaddidit axi,
Diversam à reliquis, reliquias ut vinceret omnes.
Lignea materies non illi: stipes in illa
Nullus erat: mira hanc Vulcanus fecerat arte,
Perspicuam radijs solaribus, & cancellis
Fulcrorum infixis stabilitam. Summa sed ipsa
Curvatura rotæ è virga fuit Arcadis illa,
Nuntius exsequitur qua seria jussa Deorum,
Concilioq; solet cœlestes cogere cœtus.
Ingenium solers sic ardua plurima vicit:
Sic bene res cessit: sic cœli Numine prono
Tè voluere sibi Regem Sigimunde creari,
Et Leo fidereus, magni gravitasq; Senatus,
Ipsaq; Nolilium lectissima turba frequentum,
Per mentem unanimem, suffragia libera perq;
Nec mora, justa Deo data vota, precesq; soluta,

D A N . H E R M A N N I

Motaqz, sub celsis sonuerunt turribus era.

Omnis at ore fremens populus per templa, per urbem,

Aruaqz, per, gestas res collaudaverat omnes.

Quae post acta die quarto sunt, illa relinquo

Omnia, sunt ipsi siquidem notissima nocti.

Salve iterum magno magnum decus addite Regno

Rex Sigimunde potens. O que te lata tulerant

Tempora? qui tanti talem genuere parentes?

Matre Iagellonides, Patre Sueci at Regis es haeres,

Quem virtutis amor teneris stimulavit ab annis,

Cuiqz, tot hero& regnant in pectore dotes.

Fortibus eduntur fortis. Aquilone quid autem

Durius in mundo est? Gotthorum gens quoqz dura:

Dura pati quevis, studijsqz, asperrima belli.

Senserat hoc olim magnam perpetua ruinam

Roma orbis caput: Arctois ubi Totila ab oris

Duxit in Italiam populantes omnia Gotbos.

Tali e gente satus Ioannes tertius alto

Imperium Oceano, famamqz, attollit Olympa.

Qui tot Regna petens juvenilibus impiger annis

Cognovit varios populos, linguasqz, tot uno

Ore suo calleat, studijs conjunxit Tufsum

Armorum, ut posset Rex esse in utrumqz paratus,

Seu conferre manum, seu tempus ducere Musis,

E qui:

M I S C E L L A N E A.

*E*quibus est ingens prudentia sape parata.
*T*antò laus major fortis est in milite, quanto
*D*octor bastat & coluit sacra castra Minerva.

*H*unc ego quos casus, & quanta pericula passum
*E*xperior Regem? dum frater rexerat olim
*I*mperio Sueones, Livoniaq; ipsa potenti
*S*armatiae Regno sese subjecerat ultrò.
*P*lurima, Finnorum tunc Princeps, pertulit iste,
*C*ondoluitq; suo Domino Finlandica tellus.
*P*recipue quando huic tada conjuncta jugali.
*S*armatiae Regina fuit, qua non erat ultra
*V*irtutum donis præstantior Heroina.

*H*unc Regni heredem frater prævertit Ericus,
*V*izq; sibi Imperium & Regni moderamina sumvit.
*A*st in amicitiam per connubialia pacta
*S*armatiae venit simulac Finlandicus heros,
*C*onscius ipse sibi male Rex nova rursus inivit
*C*onsilia, atq; sua caput diffidere causæ,
*N*e male quo sito Regno exsueretur, & ipse
*S*cpta heres caperet, quem Regno excluserat ante.
*E*rgo improvisum, nec quicquam tale timentem,
*D*uxit ubi secum celebratos post Hymenæos
*S*armatiae claris Catharinam Regibus ortam;
*P*arietibus clausum custode hunc sepfit iniquo.

T

Eni-

D A N . H E R M A N N I

Emicuit virtus Regina hic inq; maritum
Summa fides, ingens amor, Constantia mira,
Famineo major sexu, similisq; viro mens.
Illum iram justo miscentem s̄ape dolori
Consolata fuit. Nec tu meus esse negari
Chare potes Conjux: nec te sine sola manebo:
Fida comes sed enim casus, ait, ibo per omnes.
Desine meq; tuis incendere, teq; querelis.
Immerito hunc patimur casum, haecq; incommoda re-
Forsitan hæc passos olim meminisse juvabit: (rum
Et passis graviora: dabit Deus his quoq; finem.
Interea hanc sortem fortes patiamur iniquam.
Talibus atq; alijs præstantem Heroa loquelis
Sape affata fuit, communem passa dolorem,
Illa Iagellonico de sanguine nata Virago,
Quæ decus eximium, muliebre erat ornamentum.
Dax autem tacito altum pressit corde dolorem
(Ceu generosa solet natura Heroibus esse)
Noctes atq; dies meditatus plurima secum,
Ut Regem injustum patrio detrudere Regno,
Ulcisci sese vindicta posset aqua.
Nec meditata animum fallunt. Fortuna rotundo
Stare globo gaudens, buc se volvebat iduc,
Regni inter Proceres: optata occasio venit,

Et

MISCELLANEA.

*Et Regem immitem folio detrusit ab alto,
In sit ♂ in vinclis totam consumere vitam,
Ipse hæres Regni: Regnoq; potitus avito est
Ioannnes, serie in Regum qui nominis hujus
Tertius horoas prisca virtutibus aquat.*

*Inde videre licet sit qualis Gothica proles,
Arg; lagellonica gentis sit gloria quanta.
Non poterant melius duo jungi fæmina virq;:
Ambo animis, ambo insignes virtutibus amplis.
Magnus Alexandro majorem non tulit orbis,
Fæmineo in sexu parq; haud fuit ulla Calæstra
Regina, Amazonas qua&forti pectore rexit.
Hæc velut Amazonum ter centum milia ducens
Regem illum Macedum fortem metuenda petivit,
Tanta Virago viro è tanto ut prole auctior esset:
Dux ita Finnorum quondam florentibus annis
Inter tot mundi partes, ♂ Regna tot inter
Sarmatiam petijt, Regumq; è sanguine natam,
Corporis atq; animi decoratam dotibus amplis,
Conjunxit sibi jure tori, ut felicior illa
Viveret, ♂ posset pulcros educere natos.*

*Qualis erat, quantusq; fuit bellator Achilles,
Hectora qui fortem fortis superaverat hostis,
Raptatum bigis, ut quondam, Pergama circum:*

D A N . H E R M A N N I .

Talis erat, tantusq; fuit pugnacibus armis
Ortus ab Illustri Lithvana gente Iagello:
Cum cruce signatis qui prælia maxima gesit,
Christiadumq; fidem primus suscepit, & Omnes
Lithvanos iussit sacro Baptismate tingi.
Dux bene de Regno meritus, Magnoq; Ducatu.
Imperio sub cuius erat Lithuania major,
Quam quæ restat adhuc Regno conjuncta Polono.
Sanguine ab illius fuerant longo ordine Reges
Sarmatia insignes, nunc Stirps propè deficit ipsa,
Sanguinis & tanti proles Sigimunde suprema
Turestas solus sola restante Sorore.
Affuat ambobus largis fortuna quadrigis,
Clara Iagellonica domui ne semina defint.
Scilicet in natos manant exempla parentum,
Fortibus eq; viris præstantes Marte ercantur.
Ergo quod es claris Sigimunde parentibus ortus,
Sarmatia veterum proles de sanguine Regum,
Ingenio teneris imitari quos cupis annis:
Iamq; tibi in pulcro tot lucent corpore dotes,
Te meritò in tantum venerandi cura Senatus,
Nobilitas, populusq; omnis, Res publica tota,
Consensu unanimi per libera lataq; vota
Adsciscunt Regem, precibus teq; omnibus optant,

Re-

M I S C E L L A N E A.

Regalisq; tibi imponunt Diadema corona.

Sis felix longa Princeps dignissime vita,
Hosq; tibi ostensos non aversare favores,
Quos tibi in hoc cætu omnes uno fundimus ore.

Ut te post varios motus, post jurgia multa

Aspiciimus latis animis? juvat ora tueri
Rex tua, Et alternas audire Et reddere voces.
Fallor? an hos vultus Sigimundus Rex tulit olim?
Sic oculos, sic ille genas, sic ora ferebat.

Ergo repreſentas Sigimundum ut corpore Regem,
Sic etiam hunc animo refer, Et præstantibus ausis.

Ecce tibi video felix cognomen inesse,
In quamcunq; cadent mundi certamina partem.

Namq; tuus Pater est Ioannes, nominis hujus
Tertius, eximio Regi cui Suecia paret.

Sarmatia in numero Regum tu nominis hujus
Tertius es jam Rex Sigimundus. Primus Et alter
Insignes fuerant, nec erat præstantior illis.

Sive fidem, seu quis pacem spectaret, Et arma.
Ergo patrem atq; duos Sigimundos tertius altis
Ingenij donis sequere, Et vestigia disce.

Sic numerum quemcunq; alium fausto omne vinces,
Oppositus si forte tibi ternarius exstet.

Dumq; tibi est atas viridi florentior auro,

D A N . H E R M A N N I

Utere consilijs gravium Sigimunde virorum,
Quos habet hoc Regnum, rerum experientia magna,
Quosq; acrè ingenium exornat, prudentiag; ingens.
Antea quod decuit Regem & eo jam graviore,
Hoc quoq; te deceat teneris florentibus annis.

Aptatibi est etas, magnis & idonea rebus:
Nam neandum tangis quinti spatia ultima lustri,
Dum tamen eloqueris verbis tua sensa Latinis:
Dictio quoq; fluit puro tibi tincta lepore.
Quatuor hinc alias bene calles insuper uno
Ore tuo linguas: restanto Principe digna.

Perge bonis avibus Martem conjungere Musis;
Exemplo veterum, quos saevo Marte potentes
Non puduit doctos interdum evolvere libros.
Exemplo est Cæsar Romanus Iulius ille,
Sidera qui norat: volvi duodena per astra
Qui volvit Solem, sic integer annus ut esset.
Exemplo & Xenophon, & qui tela inter & hostes
Mæonij secum divina volumina vatis
Gessit, & his capite innixus sub nocte profunda
Incubuit, placidumq; hoc carpsit more soporem
Rex Macedo, Magnum domito cui nomē ab orbe est,
Quod decuit Reges olim, summosq; Monarchas,
Grande sibi hoc multi nunc credunt dedecus esse

Des-

MISCELLANEA:

Degeneres, quibus est exosa Scholastica vita.
At siquidem è studijs major prudentia crescit,
Omne genus vita sine eis vanum esse putandum est.
Si spectes bella, & varia certamina pugna,
Testes historie, & rerum experientia testis,
Sæpe Duces belli, doctrinae insignis ob usum
Res magnas geſſisse, manum cum sapientius alter
Ingentem glomerans nullaratione nec arte,
Exiguo at cauto fuerit superatus ab hoste.
Qui venit ex Auctro Borealibus obvius auris
Non bene pugnabit vento contrarius ille.
Sic septem stellas in Tauri fronte micantes
Pejades observa, nec tunc te confer in hostes,
Taurus ubi exortum occasumque ostendet earum,
Namq; utroq; modo pluviasq; imbræsq; minantur.
Ergo quod Æneas Vulcania sumvit ut arma,
In quæ res Italæ, & serò fata futura,
Oceanum & terras, atq; alti sidera cœli
Picla videns, varijsq; in ferrum incisa figuris,
Miratur, rerumq; ignarus imagine gaudet,
Attollens humero famamq; & fata nepotum:
Quid notat hoc aliud nisi verum & Principe dignum
Officium? qui non præsentia tempora tantum,
Præterita ast etiam, & qua credat cunq; futura,

In-

D A N . H E R M A N N I

Ingenij totis scrutetur viribus ac vi.

Hinc igitur fortē Ajacem facundus Ulysses,
Anhō ubi de Clypeo magni rixantur Achillis,
Viribus ingenij alter, robore corporis alter
Illud est tacitē, Gracorum astante corona;
Vult, ait, ut capiat quæ non intelligit arma.

Arma humanarum speculum referentia rerum,
Tam varijs cœli & terræ depicta figuris.

Mota Ducum est turba: & quantū prudentia possit,
Tunc patuit, Procerum tota applaudente corona.

Ipsa viri fortis tulit arma disertus Ulysses,
Post habitusq; minis atrox stetit eminus Ajax.

Ergo dolens, ir& impatiens, passusq; repulsam
Ut sibi præferri facundum aspexit Ulysses,
Ereptosq; sibi speratos videt honores:

In sua conuersum detorsit viscera ferrum,
Ferrum non illos portatum munus in usus.

Iamq; jacet proprioq; suo se in sanguine versat,
Ille ferrox vultu dictisq; ferocior Ajax.

Exemploq; suo monet omnes, seq; suasq;
Ut norint vires, contenti & sorte sua sint.

Sed quid in his moror exemplis? que cognita forsan
Sunt Sigimunde tibi? nec opus me cuncta referre.

Et quid opus plura est exempla adducere? multa

Ob.

MISCELLANEA.

Obvia sunt passim, ante oculos quoq; visa recenter.
Pallas enim ingenio feliciter omnia gesit,
Ingenio forti, & superare pericula sueto.
Principue hanc urbem Regni, sedemq; Corona,
Qua vetus a Craco ducit Cracovia nomen
Tot contra insultus tormentaq; plurima adacta
Sustinuit Pallas, inimicaq; reppullit arma.
Præsentiq; animo tormenta tot ænea ademit,
Prote proq; tua pugnans Sigimunde Corona,
Militia Ductor Regno generalis in isto,
Quo sece insigni Samoscia jactat alumno,
Pectore quiq; gerit Martens, ingenioq; Minervam.

Ille triumphales tibi Rex quoq; condidit arcus,
Per Plateas Urbis veterum de more Quiritum.
Dum tibi in occursum procedunt agmina multa
Dumq; tuam ingrederis cunctis comitantibus urbe.
En qua clausa fuit tot mensibus, illa recludit
Se tibi, te plausu Cracoviaq; excipit omni.
Alba globo mundi insistens Aquila emicat arcu,
Atq; tibi sece curvato pectore flectit.
Iamq; viri & matres, pueri, innuptæq; puella
Lata canunt, Regemq; suum te cernere gaudent.
O fortunatum, Regem quem subditus omnis
Esse suum agnoscit, cui mœnia cuncta patescunt.

D A N . H E R M A N N E

Nam cupere invitatos populos, invitaq; Regna;
Infelix labor est, nec ab ulla parte beatus.

Qui sapiis, Et rerum optas incrementa tuarum,
Invitos finito populos, adversaq; Regna
Linque, quid adversis poteris nam pejus habere?

Ergo ades Et tantis cunctorum applausibus istam
Accipe fatorum felici sorte Coronam,
Sceptraq; delati Regni Sigimunde capesse.
Nunc te per tua dona rogo, per Regia sceptra,
Per te, per qui te talem genuere parentes,
Compositis rebus Regni flagrante tumultu,
Sedatisq; malis quibus impia servit Erynnis,
Sit tibi justa etiam doctorum cura virorum,
Quis sine non possunt hominum consistere cœtus,
Quis etiam nequeunt Mavortia corda carere.
Spreta jacet doctrina: ipsa sine honore vagantur
Aonides paſſim: nec habent quo munere vivant.
Inde fit ut multi Musis Et Apolline clari
Res varias hominum, Et diversa negotia tractent.
Cum tamen hi possent vel magnum aquare Marone,
Cederet bis etiam forsitan Lucretius ipse,
Si suns effet honos, alimentaq; debita Musis.
Quod nisi succurant Regumq; Ducumq; favores,

Pri-

MISCELLANEA.

Pristina barbaries doctas prorsum opprimet artes.
At memini curam Regumq; Ducumq; fuisse
Olim praecipuam, doctas E amore Camenæs
Amplecti, E sacros pretiosi sibi querere Vates.
Augustus Casar non tantum rura Maroni
Contulit in Latio, numerari at plurima eidem
Hinc atq; hinc jussit, vita quæ postulat usus.
Hinc opus eximia & præclarum Aeneidos illud
Non tantum Latij scripsit Maro magnis in oris,
Ast E in externis regionibus, otia quando
Successum E petiit, dulces mutavit E auras.
Ergo illum vidit scribentem Sicelis Aetna,
Aetna jugis summoq; eructans vertice flamas.
Videre hunc Siculi populi Calabriq; frequenter,
Quos, sua scripta premens, vitam finiverat inter,
Hinc sua Parthenopen transferri jusserat offa.
Sint Mecenates, E erunt Sigimunde, Marones:
Sint Mecenates, E erit Lucretius alter.

Sed bene erit Musis doctas quando excolis artes
Rex ipse ante alios. Vivas Rex optime Regum,
Nestoreos annos: magni ad fastigia Regni
Erectus fausto totum duc sidere ritam.
Nec moveare animo, quod primo in limine Regni,
Subq; ipso adventu vario discrimine volvi

D A N . H E R M A N N I

Multa vides, seu sic mundi jam pæna requirit,
Sive mali quid restat adhuc, quod cernere tempus
Dat nondum: duris tua sic exercita rebus
Virtus immenso innotescet clarior Orbi.
Quicquid erit, causa bonitas. Et mens sibi recte
Conscia, pugnabunt pro te, rectoq; bonoq;.

Lectus es expleto cum Cynthia fulgeret orbe,
Solq; ubi magnanimi pressisset terga Leonis:
Ecce urbem ingrederis plena sub tempora Luna,
Regia sumturus delati insignia Regni,
Quando Sagittarij tensum Sol dirigit arcum.
Quid signet fortis Leo, quidq; sagittifer ipse,
Obscurum nulli: Victorem signat uterq;
Ergo te injustis si quisquam offenderit armis,
Ille tibi vixus verso det terga Caballo,
Quadrupedumq; volans tibi concidat agmen equo.
At nova ceu cælo cum lucet Luna sereno (rum:
In se cornua agens, augetq; augetur \mathcal{O} una,
Paulatim \mathcal{O} crescit, donec totum implete orbem.
Sic quoq; cresce tuis donis, Sigimunde, tot amplis,
Cresce, tuisq; ausis animum præstantibus imple,
Nec minue, ast ange Regni magis incrementa.
Ut tua sic tandem Virtus totum implete orbem.
Vive Jagellonica gentis spes sola, perenni
Flore reflorescens longeva in secula vive. DE

MISCELLANEA.

DE MONSTROSO PARTU DIE XVIII
Aug. Anno 1595. in districtu Ascheradensi Livonia
et ultra Duhnensis in lucem edito: Et de rebus
qua prater naturae ordinem fiunt,

DISCURSUS
Ethicus, Physicus, Historicus.
ad

ILLVST. MAGNIF. ET GENEROSES DNOS TRIVM PRAESIDATUUM IN LIVONIA, VENDENSIS, DORPATEN. PARNOVIEN. PRÆSIDES: NEC NON ARCIUM IN EADEM PROVINCIA CAPITANEOS, & UNIVERSAM TRIUM NATIONUM NOBILITATEM; TUM &

SPECTABILES NOB. CLARISS. ET
PRUDENTISSIMOS CIVITATIS RIGEN. METROPOLIS
LIVONIAE & ALIARUM CIVITATUM MAGISTRATUS.

 Ut mundo immudo impendent immitia faciat
Peccatis accita Et dio Numine laeso: (ta
Aut Deus, ut discant homines respiscere tandem,
Præmonet, obq; oculos exempla horrentia ponit.
Ecce sibi natura suam formamq; decusq;
Detrahit, Et toto tuncatis corpore membris,
Humanas turpat cunctas in imagine partes.

D A N . H E R M A N N I

Descriptio
mōstrosi par-
tus.

Caput horri-
bili forma.

Supercilia
nulla.
Nullæ palpe-
brae.
Nulli oculi.

Locus dextri
oculi.

Locus sinistri
oculi.

Auriculæ par-
væ.
Nasus nullus.
Foramen in
loco, ubi na-
res.

Supra forame
erit folium car-
neum.

Lingua divi-
sa & affixa.

*Diruta qua jacet Arx Livonidos Ascheras ora,
Non procul hinc distat casa quædam rustica: in illa
Nata est in lucem (atq; utinam non nata fuisset).
Partu infelici proles monstrosa pueræ.
Namq; caput rationi in quo sedemq; locumq;
Affixit Deus, à falso ut discernere verum
Posset homo, totum hoc toto mutilatur in orbe,
Horribili forma. Frons plana ubi tangit ocellos,
Nulla supercilia hic apparent, palpebra nulla:
Ambo oculi sed enim concreta pelle teguntur,
Non secus atq; solent nasci fine lamine talpa.
Dexter ubi est oculus, cernendi magna cupido
Intus agi visa est. pellis concreta sed obstat,
Pupilla ex oculi medio ne mittat in auras
Vifivos radios. Vestigia nulla sinistri
Luminis apparent: sed frons contermina malis.)
Sic parva auricula, ut vix possint esse minores.
At cribrum nullum, non ulla cacumina nisi:
Parte ima solùm, quanares sunt, ibi hiatus
Intrat in os imum magnus, vastumq; foramen.
Inde triplex folium veluti supra hocce foramen
Nasi pro more appensum volat inconsueti.
Lingua heret medio divisa, & limite tanquam
Distinctæ ingeminæ partes, affixaq; ad imam*

Gin.

MISCELLANEA:

Gingiva carnem. Supremi intusq; labelli
Non est contiguus nexus qui jungat utramq;
Mandibulam, sed enim veluti dens extat utraq;
Mandibula intersecta: ex cuius fine vel obis,
Vel dentis magni cernuntur signa futuri.

Concavus interno fornix ubi inesse palato
Suevit, hic est fissus, vacui & quasi sola cerebre
Tecta effert, quadamq; ipsum transire palatum
Intus sanguineo trabs visa est tincta colore.
Editur huic proli nullus sonus aut ploratus,
Sed saltē ex imo suspiria pectore tracta,
Tristis & informi deductus anhelitus ore.
Maternas nequit hac proles monstrosa papillas
Sugere, nutritur peregrino at lacte petito.

Plus solito crescit more: Omnia membra videntur
Augeri citius. manus attamen utraq; cunctos
Concretos digitos habet, una pelleq; tectos,
Et saltē unguiculis digitorum in fine videntur,
Ordine concreti, quos fas diducere non est
Ipsa pedum amborum talis quoq; forma videtur,
Glutine cesi digitū compacti, & pelle ligati. (go

Hoc plasma est prolis monstrosa: hac tristis ima-
Quā corām aspexi, hisq; oculis membra omnia vidi,
Quamq; novi Oppiduli (faxit Deus, urbs ut id olim
Cu.

Dens ab u-
traq; parte
mandibulae.

Palatum in-
terioris fissum.
Hiatus in te-
stam Capitis
vacuum.
Sanguinea
trabs per pa-
latum.
Nullus plo-
ratus.
Suspiria con-
tinua.
Nulla suetio
materni la-
etis.
Magnū mem-
brorum in
brevi tempo-
re incremen-
tum.
Digitū manu-
um concreti.
Digitū pedum
concreti.

D A N . H E R M A N N I

Curectum fiat) mirata est civica turba.

Res \mathcal{E} in ambiguo fuit, an Baptismate tingi

Debuit hoc monstrum. Tandem genitoribus hujus

Injunctum est miseris, ne vitam abrumpere tentent;

At foveant potius, dum fata id vivere linquunt.

Vos arcanarum quibus est abscondita rerum

Sensa datum nosse, hac animis evolvite vestris.

Non sumo officium mihi nunc Interpretis amplum,

Pauca tamen dicam: venerandis plura relinquam

Discutienda viris, sacri custodia Templi,

Et quibus est miseri concredita cura popelli.

Vivimus extra omnem morem, rationis egentes,

Consilij, inopes, \mathcal{E} jure \mathcal{E} lege carentes.

Inde intus vacum caput est. extrinsecus autem

Formam habet horribilem: Cum nolint recta videre

Mortales miseri, proniq_z in de via semper.

Rectum oculum natura tegit cute, quamlibet intus

Salvum atq_z incolumen, \mathcal{E} cupientem cernere in

Luminis at l_av*i* vestigia nulla supersunt. (auras:

Dum datur, \mathcal{E} licitum est, conemur tollere pellem

Obducentem oculum dextrum, intus seq_z moventem:

Ne miseri lavo jam dudum lumine cas β i

In densa captamentis caligine simus,

Et reliqua usura privemur lucis. \mathcal{E} aura.

Discursus
Ethicus, sive
Mythologia,
monstrofi
partus.

Politici sta-
tus forma.

Ano

MISCELLANEA.

Audimus quia nil, monitis obstatamus & aquis,
Monstrosa prole auriculas natura pusillas
Astrictasq; dedit; Patulas habeamus ut aures
Oremus cuncti, & Numen cœlestē precemur.
Non frustra desunt narces. odor ille suavis,
Quo mentes hominum unanimes fragrare deceret,
Concordi studio pietatis, sparsus in auras
Talis odor vacuas abit. at discordi subiq; est.
Naribus hinc ergo exesis, labroq; revulso
Antrum ingens patet, & lacero lis exstet in ore.
Hoc supra folij triplicati carneam massa
Pendula, sc̄q; movens hic atq; hic, ludicra quadam
Sensa hominum triplici cœi spe pendentia taxat:
Pendula spes sed enim dubia est: hic fluctuat atq; buc.
Inde duas lingua in partes divisa, sed ipsi
Gingivæ affixa, & non mobilis, ut solet esse,
Nescio quid tecti notat: aut vinclo ora ligata
Glutinis arcari: aut nolentem cedere mentem
Sede spesi affixa. Sed linguam limes ut ipsam
Transit, & affigit gingivæ: Copula lingue
Haud secus unitæ in geminas secta omnia partes
Dividet, & Fato fieri bene talia dicet,
Spe nisi vincatur triplici. Deus qui stat utraq;
Mandibula in rupta, duo concurrentia signat

D A N . H E R M A N N E

Crimina: Avaritia est unum: Invidiaq; secundum:
Hec nequit alterius sortem perferre secundam,
Vixq; tenet lacrymas, cūm nil lacrymalile cernit.
Illa autem juncta huic expleri dum nequit, ad se
Obvia quaq; rapit; dum non habet obvia, tandem
Semorsu interno absunit. Suspiria crebra
Quod trahit hic partus monstrosus, fortè futuros
Ingemit eventus: non fugitq; ubera matris,
Supremam obtruncam gingivam, & vincula lingua;
Lac ingestum illi peregrinum alimenta ministrat.
Christe omen triste hoc, talemq; avertito casum,
Ne patrijs esca patria careamus in oris.
Quid digiti concreti uno omnes ordine? quamvis
Sanguine concretus populus sit: si tamen index
E digitis, digitiq; alijs cuncti ordine, ab una
Contigua pelle obducti sint, atq; ligati,
Non bene consilium quisquam monstrabit, iterq;:
Nec tutò incedet, nec certus stabit, & ibit
Planta pedum, cuius digitos diducere nescit.
Quererere non opus est, num sacra fontis in unda
Debeat aspergi monstro& prolis Imago.
Quæsto jamdudum talis discussa videtur,
Sacrificiq; retant illos Baptismate tingi,
Tetraq;ibus forma humanam formā exuit omnem:

Ut

MISCELLANEA.

Ut poteris genitus capite est quis forte canino,
Aut alia specie brutis animalibus apta.
Contra autem quando est hominis structura Emissa
Arbitrio fati mutilata at pleraque membra, (go,
Non vereat hæc ratio sacrato fonte lavari,
Quod quasi spe quadam exspectant meliora parentes.
Extremum haud queras. Cur hoc natura paravit
Fæmineo in sexu Monstrum? Matre edimur omnes,
Patriaque est cunctis Mater: miserabilis ergo
Effigies patriæ sexu patet in mulierib[us].

Hic etiam status est, hæc Religionis imago:
Capti oculis, lingua scissi, lacero ore, labrisque,
Sæpe odio alterius, male suadaque ambitione
Ex alijs alia inventis inventa novamus.
Pace ô Cygnei vestra quos semper amatos,
Semper honoratos (pietas ceu poscit) habebo,
Sit mihi fas casus actarum evolvere rerum.
Vestra puer teneris sum castra secutus ab annis,
Vos sequor, atque sequar, mihi dum per fata licebit,
Liber homo at cum sim, licet mihi libera fari.

Nonne ulti Religionis à Romana sede recessit,
Romana Imperij affensu, Procerumque, Ducumque,
Facta fuit fidei forma, Augustana vocata,
Augusta siquidem sub te, pie Carole quinto,

Ecclesiastici
Ecclesiastici

Sub Carolo
quinto Cæ-
fare, duplex
tacita i Religionis fuit ad-
missa.

D A N . H E R M A N N I

Concessa est illis qui deseruere Papatum.

Relligio binis tunc stabat partibus: Una
Pontificis fuerat: Sed erat dicta altera Cygni.

Quam longo à forma hac disceditur inter vallo?

Quamq; Augustana est fidei nunc auctor sus?

Quamq; tui, Cygne, ingenij monumenta prenuntur?
Successore alij Illyricis Regionibus orti,

Ingrati Cuculi, & Galli, Sturni q; loquaces,

Tum, qui fætida habent malè videntis nomina campi,

Quiq; dedere ansam sparsæ per Regna Chymæra,

Quam pius extinxit validis Orechovius armis,

Russia quo claro quondam gaudebat alumno.

Quiq; Uros fortis inclusos rupibus altis,

Urorum & socios antiquo fædere junctos,

Credere dum cogunt secum omnes, armaq; sumunt,

Ipsi acie in primastantes primi occubuerunt.

Tum quidam ignivoma cudentes arma sub Aetna;

Puribus ut pugnant, quam pugnarêre priores,

Quosq; referre mora est, & quos memorare mole-

Post tua fata tui Comites hi, Cygne, relictæ, (stum.

Officij immemores contra te brachia tollunt,

Mutuaq; ingeminant emissis pralia libris.

Sed quia concretis digitis calamum malè stringunt,

Monstrosa ut proli truncata expressit imago,

Post Augu-
stanæ fidei
Religionem
multiplex li-
bertas Reli-
gionis.

Stanislaus
Orzechovus;
ki Ruthenus
scripsit librū
contra Stan-
caram, cui ti-
tulus, Partus
Chymæra.

Zwingiani.

Theologorū
certamina.

Hand

MISCELLANEA.

Haud inferre iclus possunt, quibus occidat hostis,
Nec bene iter monstrant, nec cernunt qua via vincat.
Credo equidem si num Academica secta vetusta
Viveret in tanta doctorum lite virorum,
Dogma suum in mundo iuncta esse incerta, probaret.

Vos ô Imperij proceres, vos cogite tandem

Concilio doctos, concordesq; esse jubete.

Ni faciant; trahet altam res Germanaruinam,
In sua quando movet conversas viscera rixas.

Si verbosarum discors concordia Legum
Dicitur, Et concordatur discordia Legum:

Cur non scriptura concors discordia sacra

Redditur? Et Christo sub Iudice concordatur?

Fata vetant: prohibet rerum confusus Et ordo

Cogere Concilium, retrahit sua quemq; sequela.

Quin Et paulatim doctorum copia defit,

Quando Scholis, doctisq; viris alimenta negantur,

Exigua aut dantur, non ut vita exigit usus.

Namq; Scholis dederat qua quondam larga vetustas,

Hac varijs divisa modis tenet ordo profanus.

Inde scolae intereunt, doctorum hinc deficit agmen:

Defectum hinc error subit: erroremq; ruina.

Altera sic tandem pars vires sumet eundo,

Palantesq; animis, distractosq; undiq; membris,

Doctorum
virorum ino-
pia.

Scholarum
ruina.

D A N . H E R M A N N I

*Qui (velut hoc Monstrum) lacero sunt ore, labrisq;
Seq; ipsos perimunt, rixis per mutua factis
Incertos, Certantes discrimine nullo,
Indoctosq; alios, alios rerum omnium egenos,
Ante oculos ponens consensum, premiaq; addens,
Rursus in antiquum paucatum impellit Ovile.*

*Hac ego, plura alij forsan, majoraq; in isto
Invenient monstro. Satis est mihi, pauca notasse.*

*Nunc agite Vestro partum hunc exponite sensu,
Quicunq; ingenio, ingenua sive arte valetis,
Et rerum abstrusas causas, secretaque multa
Abdita in occulto natura nostis, adeste,
Occultamq; hujus monstri perquirite causam!*

*In nova mutatas meministis corpora formas,
Ceu sunt mutata ter quinq; volumina formae,
Mirum opus, Trerum variarum indagine plenum.
Cur natura suam mutarit sape figuram*

Dicite: cur Niobe in saxum mutata sit olim?

Inq; homines tunc versa etiam durissima saxa?

Curq; Lupi speciem induerit Rex ipse Lycaon?

*At post Diluvium ingentem Pythona creatum,
Straverit innumeris cur Dolius ipse sagittis?*

*Fontibus e Sophia sunt hec deponita, notantq;
Propria natura. Non naturalis at ordo*

Discursus
Physicus de
rebus natura-
libus & non
naturalibus.

In Meta mor-
pholi corpo-
rum, doctrina
occulta.

Vide Natale
Comitem in
Mythologij.

Omnia ex re-
bus quae pra-
ter natura

Gig.

MISCELLANEA

Gignere quæ solet interdum; Et producere in auras,
 Hac signant, Et habent eventus omnia certi.
 Aetherijs si ve illa plagis videantur in altis,
 Sive homines inter diuerso fidere natos,
 Suntq; ea vel lati, vel tristis nuntia fati.

curluti sunt,
 vel in caelo
 vel in homi-
 nib; accidunt;
 Et sunt vel
 bona vel ma-
 la.

Sic stella illa fuit in alto non condita in alto,
 Orbis ab exortu, non hec erratica stella,
 Fixa neq; haec fuerat, sed fati numine missa
 Quæ nati Reges Christi ad cunabula duxit,
 Signavitq; viam, peregrinis praviaq; ivit.
 Omen erat faustum humana & stella illa salutis,
 Nulli visa prius, neq; post apparuit ulli.

Stella non
 naturalis o-
 minis bona.

Sic Luna opposita in Solis cum plena videtur,
 Non facit Eclipsin Solis. Conjunctione tantum,
Quando inter terram & Solem Luna existat, eodem
 Nodo dependens, Phœbæum lumen opacat.
 Ergo quod expletum complerat Delia ut orbem,
 Solis in oppositu plena extitit, aureus autem
 Sol fuit obscurus crucifixi tempore Christi,
 Prater naturam fuit obscuratio talis.
 Hac tamen in letho tristis dedit omnia leta,
 Victoria ubi Mors morte est, Mortemq; voraverat ut

Eclipsis non
 naturalis.

Si fas humana est cælestibus equiparare, (Mors.
 Et si ficta licet veris componere rebus,

Omina in
 hominibus
 bona.

Quan-

D A N . H E R M A N N I

Quandoquidem occuli è fictis veracia subsunt,
Nec frustra Heruas olim veneranda vetustas
Patre Deo genitos, homine ait ex Matre putavit:
Sic prater rerum seriem quoq; parvulus olim
In cunisq; jacens geminos Tyrenthius angues
Obliqua invidia immisso Iunonis inique,
Compressit manibus, Iove natum seq; probavit,
Et puer, C' plenis postquam maturuit annis.
Sic Scandribegi, genitus cum matris ab alvo
Eset, erat forma ensis dextro impressa lacerto,
Qualem vix melius potuisse pingere Pictor,
Historia est testis verissima, testis Epyrus.
Militis invicti hoc omen signumq; fuisse
Exitus ostendit. Non hoc pugnacior alter
A Mahometigenis patriam defendit Epyrum,
Christicolasq; omnes vicino limite junctos.
Victor erat semper, moriens quoq; vicerat hostem
Consilio, exhaustis jacuit cum viribus ager,
Nomine C' audito Scandribegi hostis abibat.
Siq; duos tales tunc Europa etulisset
Terra viros, ultrò Srybicas remeasset in oras
Turcus atrox, verisq; doleret Turcia fatis.
Ordine natura parientis talia quanquam
Majora extiterint: tamen omen latum habuerunt.

Omen in
Hercule.

Omen in
Scanderbego

MISCELLANEA.

*At contrà è cœlo ut gutta cecidere cruenta,
Sanguinolenta seges per camposq; extitit, inde
Tristis & infausto commissa est omne pugna,
Captus ubi est pacis Dux, abs te, Carole quinte,
Albis & Hispanis vicitus se subdidit armis.*

Omina in
cœlo mala,
Pluvia sang-
uinea Anno
1547.

*Sic longi specie flagri flagrassè Cometa
Visus erat quondam, totumq; arsisse per annum,
Omnia cum ruerent passim in Livonide terra,
Cum Pastore suo Crucis Ordo gesit ut arma,
Nobilitasq; fuit studia in contraria scissa.
Hinc ansam arripuit silvis egressus ab altis
Moschus, & heu longos bello deservit annos,
Cade replens terram, & vastans cultoribus agros.
Hunc ita grassantem sua sed quoq; fata manebant.
Septimus à decimo (memini) nunc vertitur annus,
Solis ab exortu Borealem extensus in Arcton
Arserat ut cauda, atq; ingenti mole Cometa.
Hungaricus Stephanus tunc Rex accitus ab oris,*

*Omnia vastantem Moschum in Livonide terra
Represerat tandem, & victo terram abstulit hosti.
Omina sed linquo aetheria è Regione petita,
Qua fuerant belli, & magnarum nuntia rerum.*

*Accedo partum monstrosum: Nonne sub ipsius
Tempis, ubi variam passa est Livonia cladem*

Cometa.
Anno 1557.

Cometa An-
no 1577.

Bellum Regis
Stephani cō-
tra Moschum
ab Anno 1579
usq; ad Annū
1582.

T

Ag-

Omnis
homines
mala.

D A N . H E R M A N N I

Anno 1570
Monstrum
Rigatum.

Discursus his-
toricus de
monstrolo
partu.

Anno 1573.
Monstrum
parisijs natu.

In quibusdā
mundi parti-
bus quidam
communiter
monstrosi na-
scuntur
Gellius lib. 9.
Cap. 4.

Nature mi-
racula in se-
xus humani
mutatione.
Plinius lib. 7.
Cap. 4.
Licius Mu-
tianus lib. 6.

*Aggeribus cincta inter magna Suburbia Rigata
Natus erat gemina capite injans: ventre sed uno:
Quatuor ut manib; pedibusq; ani exitu at uno.
Huc simile est Monstrum natum, cum Carole non
Regna gubernares Gallorum: Sequana id, Urbsq;
Parisorum ingens asperxit. Venter ut unus
Sustinuit geminum caput: h; vita focus unica Reges
Terra ubi habet geminos, i. alia est concordia terræ.
Organa natura namq; haud sibi congrua, signant
Discordem populum, distractas undiq; membra.*

*Sunt tamen & quadam que naturaliter extant:
Uno, cœfama est, Arimopos lumine nasci,
Montibus in Scythia extremis. Capite absq; viciissim
Eſſe homines, oculos utrosq; in pectore habentes,
Inversasq; pedum plantas natura quibus dat.
Quin ultra Indorum terras quadam eſſe feruntur
Hirta, atq; in toto plumata corpore gentes.
Omnia at hec populis illis communiter insunt:
Rara autē inter nos qua sunt, ea Monstra putantur.*

*Consul ubi Crassus, Consul Longinus & essent,
Casini in puerum Virgo est conversa repente:
Hunc deportari puerum mox iuſſit Aruspex.
Quin & Arescontem visum Licinius inquit,
Nomine Areſcus & qui sumto, nupsit: at inde*

Bar-

MISCELLANEA.

Barba viro crevit, ducta est mox uxor eidem.
 Sic quoq; Marcello quondam sub Consule, factus
 Vir fuerat quidam ex vera muliere, Spoleti.
 Mirarefert Scriptor quoq; Lusitanus Amatus,
 Oppido in Eguerra quondam vixisse puellam,
 Cujus erant orti clara de stirpe Parentes.
 Dicta fuit (scriptum velut est) Pacheca Maria:
 Attigit ut virgo hac illos jam nubilis annos,
 Prima quibus mittit muliebris menstrua sexus,
 Pro primo effluxu emisit virginem illa virilem,
 Intus i[n]harentem, latitantem totq; per annos,
 Tuncq; loco solito existantem. Sic facta fuit Vir.
 Qui sacra respersus aqua, Manuel fuit inde
 Etius, hic extremitate in peragra verat Indos,
 Dires opum factus patrias remeavit ad oras,
 Coniuge cum ducta reliquumq; exegerat avum.
 Falior? an Androgyni quondam portenta vocati
 In uer delicias hominum quoq; sepe fuerunt.

Sed quid in Exemplis moror? omnibus omnia re-
 Quae naturali non fiunt ordine, subsunt: (bus
 in uer bona seu mala sint, a fati Numinis missa).

Monstrum igitur patulas quod nuper venit in au-
 traier naturam fataliter arbitror ortum, (ras,
 Atq; aliquid secum trahere auguror insperati,

Epin. part. 8
 Aphor. 45.
 Livius lib. 4.
 Sec Bel. Pun.
 Vide Historia
 Amati Lusi-
 tani.

Virgo 16 An-
 norum emissæ
 ex utero vir-
 gæ virili & u-
 tatur in viru.

Causas hujus
 miraculi na-
 turales recé-
 set V Vejetus
 in lib. de
 Prest. Dam.
 4. Cap. 24.

Hermaphro-
dyti.

D A N . H E R M A N N I

Quod natura diu meditata buc usq; sub umbris
Occuluit densis, & adhuc tegit abdita sensa.
Nec me objecta movent Physicis nitentia causis,
Quod forte obtigerit matri miserabile risum,
Tunc quando prolem imperfectam gessit in alvo,
Atq; ita tetram animo conceptam impressit Idaam
Massa utero inclusa, & formanti jam sua membra.
Quasita a multis, nil se vidisse ferebat
Aspectu horrendum, aut monstrosum: constitit autem
Plenos esse omnes formatos turpiter artus.

O vos quotquot in hac estis Livonide terra,
Quosq; triplex una conjunxit natio sede:
Tot quia proposui exempla hinc atq; inde petita,
Congrua natura qua sint, qua congrua non sint,
Omina qua bona sint, mala qua sint omina rerum:
Nunquid adhuc Monstrum vel casu creditis illud,
Vel defectu aliquo naturae, vel genitalis
Seminis ex culpa nuper venisse sub auras?
Creditis huic Omen nullum fatale subesse?
Corpus erat plenum huic, mutila autem singula mem:
Nec subito extinctum est, sed vixit, tertia donec (bra,
Hebdomas elabens vita suspiria clausit.
Vim tenet occultam hoc tempus, vimq; exseret ex se,
Securis nobis, & nil curantibus ista.

Dent

Quæstio de
imaginatione
muliebri.

Conclusio
admonitoria
de confide-
rando hoc
monstro nato

M I S C E L L A N E A.

Dent Superi uno omnes ut convertamur amore,
Noſtraq; mutentur meliori corpora mente.
Namq; diu rerum nequit hac ſubſttere forma;
Inſpicite, hanc propiusq; animis expendite veftris.
Inſpicite, Et lacero conſerte per omnia Monſtro.
Dumq; ſonant paſſim hinc atq; hinc fera bella per
Conſerte inter vos dubijs de rebus: in altas (orbem,
Lumina veftra auræ attollite, dum datur, Et dum
Tempus adhuc reſtat: concordes eſſe ſtudete
Corpoſe in unito: lacera haud distractaq; membra,
Unanimi at ſenſu in ſe concordantia habete.
Omina monſtroſi ne vilipendite partus.
Omini adeſt numen, nec temnите in omine numen:
Conſulite at nobis noſtriſq; nepotibus olim,
Ne quod adhuc reliquum eſt illud perdamus Et om-
Sicq; futura malis pejora prioribus exſtent: (ne.
More Phrygum ſerò poſt cladem tunc ſapiemus.
Dij prohibete minas Dij triftem avertite caſum:
Et triplicem unanimi conjungite pectore gentem,
Communi ut patria, Et communi habitemus arena:
Quæcta mala in melius Dij commutare potestis.



D A N . H E R M A N N I

DE CERTAMINE INTER VR
sum & Apium, in quo Aper victus occu-
buit; Anno 1592. Mense Decembri-
ad

ILLVSTRISSIMVM DOMINVM
Dn: Ioannem de Zamoscio: Regni Poloniæ
Cancellarium Suprem: & Exercituum
Generalem &c.



Vrsi natura
tempore hy-
berno,
Um nix alta jacet glacialis tempore Bruma,
Ursus in obstruso latit abat maximus antro.
Hic hyemis partem speluncis transigit atris,
Immotusq; loco plantarum extrema suarum
Sugit, & hunc illi victum natura ministrat
Mense quo ad Martis liquefacta calore cadat nix,
Silvarumq; comas, & tectas detegat herbas.
Tunc Ursus rursum spelunca prodit ab alta,
Ecce victum gaudet sub aperto querere cælo.

Aper casu ad
antrum Vrsi
pervenit.
Tali igitur easu cum Sus silvestris ad antrum,
Livonum in silvis ubi Kuia propinquat Ovesto,
Pervenisset, humum solito de more momos dit,
Disjecitq; uicem, & gratam sibi quæsijt escam.

Ursi

MISCELLANEA.

Ursus in assuetate quiete turbatus ab Apro

*Ursus contra
Aprum egre-
ditur.*

Non valit hoc: vastusq; foras egressus ab antro (hostē)

Fertur Aprum contra, & magnus magnum impetrat.

Mole valens Ursus membrisq; ingentibus: alter

Dente potens longè existante oris parte ab utraq;

*Pugna inter
Urtum &
Aprum.*

Ursus & Ambiguo gliscit certamine pugna

Mutua, sparsa pedum motu nix impedit ambos,

Nec secus ac campo certatur pulvri vultu.

Nam modo Aper denie, & magni impete fertur in

Et tanquam facili in gyrum conversus habena, (hostē,

Se rotat hic atq; buc, aditum queritq; nocendi.

Vix at ubi sejē alias Ursus tollit in auras,

In grediterq; hipes dentatum & circuit hostiem

Callidus, obseruans quia possit vincere parte:

Tollit se arrestitum quoq; Suis silvestris in altae

Saltibus, & dentes buc illuc vibrat acutos.

At tandem et nimis gyris, & saltibus, Aprum

*Ursus Aprum
fatigatum
complexu
strangulat.*

Esse fatigatum videt Ursus, tergaq; dantem,

In terram pedibus fixis, & corpore prono

Occupat huic tergum, raptumq; prioribus altè

Tollit humo pedibus, portatq; & fortiter angit,

Pectus Apri in nodum constringens, donec in auras

Faucibus elisis vitam cum sanguine fudit.

Qali olim amplexu manuum & herculis occidit atrax

C. 2.

D A N . H E R M A N N I

Cacus, Aventina timor atq; infamia silva.

Sic etiam Augusti quondam Electoris in Aula
Dum varijs Proceres spectaculis tadia fallunt,
Pugna ferè similis visa est: sed dispar casu.
Nam Leo magnanimus dum forte pugnat in Ursum,
Supra Ursum saliens immania terga prehendit,
Et dorsi spinam rictu discerpit biante:
Sed simul ac tergo decussus decidit alto,
Ursus in extremo positus discrimine vita,
Ante suam mortem ad pugnam reddit, atq; Leonem
Corripit in nodum complexus, Tangit inhærens,
Spiramenta animæ dum fracto in gutture clausit.
Sic Ursus magno moriens animum abstulit hosti:
Sic cecidit Leo: Sic cecidit simul Ursus Singens.

At contra in pugna hac victo Apro maximus Ur-
Exultat victor, portatq; ingentia membra (sus
More hominis gradens bipes, Aprum deniq; casum
Non procul à spatio certaminis in nive condit.
Hinc abit, atq; aliud silvis sibi querit in altis
Tutius hospitium, quod semita nulla viaq;
Inveniant, nec quod Venator posset adire.
Namq; loco motus semel, illud deserit antrum
Callidus, observans ne quis vestigia pressa
Insidias struat huic, medioq; occidat in antro.

Ursus Aprum
strangulatum
in nive recō-
dit, & abit.

Ursi calliditas

Hec

MISCELLANEA.

Hac meus ut vidit quidam de montibus altis
Vectus equo servus, prædagavisis opima
Advolat, atq; nivis congeſtum mole ſepulcrum
Diſiicit ♂ magnum, quod adhuc à cæde tepebat,
Tollit Apri corpus, meaq; intra tecla reportat.

Aper cæſus
inventus.

Grates Urſe tibi pro me certamina tanta
Quando peregiſti, atq; epularum lauta parasti
Ferula mihi. En coctis pariter nunc vefcor, ♂ aſſis
Carnibus illius magni Apri, qui mihi nuper
Vastavit fundos, ♂ largos frugis acervos.
Ut caro diſtincta eſt tenui pinguedine ſparſa?
Mollis, ♂ in gūſtu ſuavis. Caro talis in eſſe
Nulla ſolet porcis quos cura ſaginat herilis.
Certe Aper appetet te forte ſilagine tantum
In campis vefcor, in silvis radicibus, atq;
Herbarum folijs, ♂ odoris cauibus uti.

Caro Aprina
qualis fit.

Abſtineat tamen, exi quo te ſumat ♂ uſu,
Cujus iners ſtomachus ſumtas male digerit eſcas.
Sic video Medicos praescribere. Prifta ſed atas
Aprum precipuis lautum numerauit in eſcis:
Tum quid Aper rarus decoret convivia rara,
Tum quid Aprina caro bene cocta, aſperſa q; vino,
Si modice ſumas, bene nutriat. Omnia in uſu
Sic bona ſic mala ſunt: in abuſu peſſima cuncta.

Caro Aprina
debili ventri-
culo noxia.

Z

Hinc

D A N . H E R M A N N E

Iuvenal. Sat. 1

Hinc Vates Satyra luxum castigat acerba,
 Romulidumq; gulam perstringit, dum sibi totos
 Ponit Apros, animal propter convivia natum.
 Crudum alter Stomacho Pavonē in balnea p̄:ans,
 Natura ignarus, mortem inter prandia canat.

At cui spissus inest concusso in corpore sanguis,
 Aut cui Pieruritis latus imum pungit acuta:
 In modico potura suram dentis Aprini
 Sumat, ut erg; ager magnam sciet inde medelam.
 Talis enim rasura coagula sanguinis imo-
 Corpore dissolvit, lateris lenitq; dolores.
 Testes sunt Medicis, atq; ipsa experientia testis.

Quicquid Aper de te Medicorum sentiat ordo:
 Res bene nunc ecce dit, cadat & sic sapius opto:
 Scilicet ingenti quod nuper stratus ab Urso
 Tecta mea intrasti comedendum tecq; dedisti.

Urse tibi rursum grates ago: copia quod si
 Forte tui dabitur mibi: dulces tunc tibi saltem
 Urse pedum plantas absindam: haud suavior illis!
 Est cibus: his vescar, reliquam carnemq; relinquam:
 Inde tibi toto detractam corpore pellem,
 Quando hycme externas proficiisci cogor adoras,
 Involvam pedibus, frigusq; hac pelle repellam.
 Urse vale interea, mibi plures offer & Apros.

Experimentū
contra sang-
uinem coagu-
latū & Pleu-
ritidem.

Visi pedum
planta esu
suavissimæ,

AD

MISCELLANEA.

AD DEVVM OMNIPOTENTEM
pro omnibus Corporis atq; Animæ bene-
ficijs GRATIARVM ACTIO.

Anno 1595.

DEO UNI ET TRINO DE-
DICATIO.

 Criptorum chorus optimis Patronis
Consuevit sua dedicare scripta,
A quibus capiat sui laboris
Fructum, præmiolumq; Dicator.

Sanctæ, individuæq; Trinitati,
Quæ Patrona meæ salutis una est,
Has grates ego dono. Pro labore
Quæ tu dona, Deus, meo rependes?
Si clemens mihi eris, Deus, meisq;
Peccatis veniam dabis, tuoq;
Me cùm tempus erit, sinu repones,
Majora haud cupio obtinere dona.

Annus præterit, ut meæ salutis
Incertus fueram, Poëmaq; istud
Inceptum medio in labore liquit
Mens confecta mei dolore morbi.

D A N . H E R M A N N I

Sumebam calamum manu, sed omnes
Vires ingenij fuere fractæ.

Donec ipse Deus meamq; dextram,
Rursus ingenium meumq; rexit.

Perfectum hunc igitur, Deus, laborem
Strenæ sume loco, fac ut novumq;
Nulla labe notatus exigam annum,
Et nunquam mea mens tibi repugnet.

Hoc sacrificium, Deus, tibi do:
Cor fractum offero, Spiritumq; mœstum.
Tu mundum mihi corq; Spiritumq;
Da rectum Deus: & tibi placebo.

AD DEVM OMNIPOTENTEM
GRATIARVM ACTIO.



*V*nc surge ô mea mens: *Anima ô mea surge,*
In sublime vola cœlum, radiantiaq; astra (Dei)
Reple laude Dei: nunc surge, Carmine dignas
Funde Deo grates: cuius clementia finem
Non habet. En orbem complevit Cynthia quintum,
Ex quo diuersos afflito in corpore morbos
Sustinui, exhaustis propè cunctis viribus ager,
Ulla nec in membris pars existit integras.

Scili-

M I S C E L L A N E A.

Scilicet ut toto peccata in corpore regnant,
Mensq; adversa Deo: sic mutua prælia miscent
Viscera sese inter vitalia corpore in imo.
Nam quia ventriculi fractus calor haud bene sumitas
Escar digestis, lecur hinc quoq; fecit aletis
Sanguinis haud multum: Chylusq; impurior imas
Venit ubi ad partes calidis a renibus ustus
Lithias in peperit, vesicam obstruxit e ipsam.
At Renum adversa spleni qui regione locatur
Latitia sedes bene cum valet: ager at idem
Tristitia fomes cum sanguine abundat adusto,
Vicinum inflatus stomachum, Diaphragmaq; totis
Flatibus impletivit, cerebri qui summa petentes
Culmina ubi ratio est hominis, similisq; Deo mens,
Turba vire animum maestum, noctisq; soporem.
Quid facerem auxilium diuinum inquirere prima
Cura fuit, Medici auxilium fuit altera cura.
Lenia præmitto, qua cruda incidere possunt
Et fluida efficere, Hippocrates ceu precipit auctor.
Talia iter sternunt humoribus eliciendis.
Hinc utor potu qui bilem educat amaram:
Bile laboravit nam primis corpus ab annis,
Atq; fuit varijs mea vita obnoxia morbis;
Quos tamen auxilio diino atq; arte fugavi.

D A N . H E R M A N N I

Una parum effecit quoniam sed potio, sumo
Te quoq; mixturiis Hamoch Confectio multis:
Posse etenim humores te novi expellere adūtos.
At siquidem humores atri fuligine densa
Sursum exhalabant, Besoar lapis optimus ille,
Indorum in Capri stomacho qui nascitur imo,
Actritus bibitur mihi parvo sumtus in haustu.
Pessima materies collecta e corpore nondum
Ire tamen voluit, subter Diaphragma latere
Uisus adhuc somes mihi, qui de parte sinistra
Sape ciet flatum, quo cor mibitriste micabat,
Principium vita Cor. Ergo protinus utor
Dulcis aqua labro duodenis manè diebus,
Fernelio monitore: Aperit ventremq; porosq;
Corporis hoc labrum, atq; emollit viscera cuncta.
Im magis atq; magis stomachi natura resumuntis
Viribus incepit melius consumere sumta.
Restabant flatus, qui circum tempora e aures
Membranam feriendo intus, peperere susurrum,
Quem neq; Syrupi capitales tollere, Bolus
Nec potuit sumtus trahere alto e vertice, quanquam
Insita vis illi pituitam educere crassam.
Defessus tandem medicamina plura reliqui,
Expendens proprios graviores scilicet annos,

Ma.

MISCELLANEA:

Tempore m̄i, evum. Undecimi confinia lustre
Alionq; ferē sanguo: prior pars est q; caduca
Altamibi vita: taliq; atate labascunt
Lang⁹ iduia vires huminis, roburq; vigorq;
Et naturalis sensim calor interit intus.

Cunctatamen sovet ipse Deus, producere vitam
Ne potest solus: Solis cohibere volantes
Cui potuit currus, jussitq; alta aquora stare.
Nec potens, Deus ille meus, me surgere fecit,
Et jussit meliora malis sperare peractis.

Hunc ego dum virā, dum Spiritus hos reget artus
Laude canam merita, patrāntem ingentia mundo
Pussum miracula, Et clementer cuncta foventem.

Hunc lauda & meā mens: vitalem luminis usum
Qui mibi concedit: qui matris ab ubere raptum
Me puerum teneris hic atq; hic sovit ab annis.
Prussia Masovia vicino limite juncta,
Parvus ubi fundos humectat Nida paternos,
Mc genuit puerum: prima hic fundamina jeci
Arcibus in doctis. te Mons hinc Regie adiui,
Bregala quem geminis opulentum circuit undis.
Inde Dco Duce sum longinquis missus in oras,
Musarum sacra castra sequens. Qua spumifer Albis
Lencorecam aggeribus vallatam præterit urbem,

Qua-

D A N . H E R M A N N I

Quaq; Argentinam Rhenus praterfluit, alta
Turris ubi summas attingit vertice nubes:
Idem Rauracis Basileam ubi transit in oris,
Et qua Danubio Ingolstadia cingitur amnis,
Qua sita q; Austriace sunt propugnacla Vienna.
Hic ego vixi olim Musarum cultor, & Aula
Casarea addictus servus. Quod mille pericla
Morborum evasi, per tot discrimina rerum
Quodq; frequentavi Regales sepius Aulas,
Moschica quod Regis Stephani sum castra secutus,
Hujus & obtinui in me signum insigne favoris,
Tum quod ago senior canos nunc molliter annos,
Per spicuq; habeo faciles in carmine Musas,
Muneris omne Dei est: Deus hoc mihi contulit unus,
Præsidium vita, & rebus solamen in arctis.

Hunc lauda o mea mens, cuius sub numine vivunt
Omnia, totius quo machina continet orbis.
Hoc sine nemo perit: pilus hoc sine nec cadit ullus
Vertice de capitis. Vitali lumine cassi
Hoc mandante iterum surgunt, vitaq; fruuntur.
Membra potest solus putrefacta hic, aridaq; ossa
Extinctorum hominum vivis circundare venis
Sanguinis, & carnem & pellem superaddere fibras.
Quis putet? En nuper morbo vexatus acerbo

Ex-

MISCELLANEA.

Extenuatus eram per totos corporis artus,
Laxaque erat cutis absumta de carne, videbam
Incturas sola cute tectas, osseque ab imo,
Quod sacrū appellant, femur Et crura agra cavata,
Nunc tamē accrescunt rursum omnia membra, calo-
Agnosco stomachi melius quam sueverat antē (remque
Escaras concoquere, Et membris partire vigorem
Quaeque prius cerebro fuerat speculatio demita
Fumorum ascensu ex multo, magnoque susurro:
Ecce mihi ingenij talis vis alta viciissim
Redditur, Et repetit Phœbeam in pectore flammam.
Nuper Et ut dextro pede fossum intrare sepulcrum
Visus eram, at supra tumulum pede stare sinistro:
Semisepulta Deus sic membra retraxit in auras,
Longius atque mea spe vitam ducere jussit.
Quos ego non memini Iuvenes, florentibus annis,
Atque atate pares mihi, forti occumbere in ævo?
Ipse autem fragiles qui gesto corporis artus,
Sospes adhuc vivo, jucunda vescor Et aura.
Sic Deus infirmis operatur in artubus, omnem
Spem contra humanam, Et Parcarū namina contra.
Gratia Christi tibi: qui fracto in corpore vires
Sternis, Et attollis rursum: tibi gratia Christi
Da precor, ut possim numerum prænoscere dicrum

A a

Christi.

D A N . H E R M A N N E

Christe meæ vita: sciat ℒ mea mens homo quando
Non ero in immundo mundo amplius, buncq; relin-
Meq; parem cælo, supraq; altissima dulce (quam,
Ajra tibi psallam carmen, quo Regia tota
Personet aetheræ, Angelicus quodq; audiat ordo.

Interea quodcunq; meos accedet ad annos,
Totum hoc Christe rege, ut discam tibi vivere soli,
Atq; mori discam in vera pietate fideq;.
Effice, ut extremi cum venerit hora dici,
Hoc iterum surgam tibi corpore, cinctus ℒ ista
Pelle mea, Electos inter te Iudice ponar,
Et capiam aeterna cœlestia gaudia vita.
Utq; sibi effuso Pelicanus pectore vitam
Sanguine vivifico pullis ℒ morte suädet:
Scitq; velut Phœnix senior se morte renasci,
Sponte sua quando supposto se cremat igne,
E cinere ut Phœnix oriatur posthumus alter,
Præscius ℒ mortis Cygnus cœu suavia cantat:
Sic me morte tua, sic sanguine pascito Christe,
Mortuus ut vivam, in cineremq; redacta vicißim
Membra mea exsurgent redi vivas post huma in au-
Utq; Olor, ante obitū mea sic mens dulcia cantet ras:
Quem Christus verus Pelicanus sanguine pascit,
Ille velut Phœnix ℒ Cygnus finiet ævum.

Non

MISCELLANEA.

Non equidem semper victorum hic, sed moriturū
Me scio: si tamen est forsan tua sancta voluntas,
Magne Deus, jubeas duras mihi parcere Parcas,
Longius & pensum fugitiua extendere vite,
Quo ibi quoq; meis possim servire propinquis
Contra hostes, qui multa mihi clām damna precan-
Cumq; & vit tandem fuero satur, effice Christe tur
Clementer, placide ut moriar sub imagine somni,
Iela metus nulla experiar, nullumq; dolorem.
Quod si forte tibi visum, ut prior orbe recedam,
Et vita hic sociam, & mihi junctos sanguine linquā,
Sis Deus illorum Tutor: concordibus omnes
Fac vivant animis, & dulci pace fruantur.
Sat mihi velle tuum Deus est: tua sancta voluntas
Fiat; in hac ponit qui votum, haud fallitur unquam.
Castral velete: velete fora: atq; negotia cuncta
Hactenus expertus quæ sum: juvat ultima tandem
Tempora tranquillo traducere suaviter aeo,
Inq; Deum solum cunctas defigere curas:
Concessiq; ari reliquum sic ducere tempus,
Esse domo in Domini ut possim, dum vita manebit.
Fas sit & interdum tractare negotia si qua
Sufficiant validæ non fracto in corpore vires,
Interdum & liceat cultos in uscere campos,

D A N . H E R M A N N I

Semine ♂ in terram tumulato exempla videre
Alterius vita, quæ terra exsurget, ♂ alti
Summa petet cœli, atq; eterna luce fruetur.
Ut surgit semen, sic surget ♂ altera vita:
Semen enim vita est hac præsens vita future.

REVERENDISSIMO ET ILI
lustrissimo Domino, Dno. Petro Tilizki,
Episcopo Culmensi, Regni Poloniæ Vicecan-
cellario, cum Serenissimo Poloniæ Rege
Sigismundo tertio in Regnum
Sueciæ proficiscenti

Anno 1598.

VOTVM.

 Vi Regem Stephanum cū Moscho bella
Proq; suo populo pugnantē fortibus armis, (gerentem,
Per loca inaccessa, ♂ per inhospita lustra secutus
Tilicius fucrat, Secretaq; Regis habebat
Pectore in occluso: idem te quoq; Rex Sigimunde,
Auctus ubi est titulis, geminis ♂ honoribus auctus,
Per varios casus sequitur terraq; mariq;
Dum Sueonum populos studia in contraria scisso,
Et patrij Regni solium petis optimus Hæres.

Er-

M I S C E L L A N E A.

Ergo me & faciles mibi nunc accurrite Musæ:
Tilucio Comites este: Omnipotensq; regate
Numen, ut hunc salutem ducat, salutemq; reducat
Sarmatia Regno. quem, dum per fata liebit,
Semper honoratum (sic virtus poscit) habeo.
Nam veluti primis Pietas hunc iussit ab annis
Prisca / qui veterum fidei vestigia Patrum:
Sic ubi maturum gravior pervenit ad ævum,
Dona tria hæc illum, Pietas, Virtusq;, Laborq;
Aliiœ enectum majores sumere honores,
Inq; Senatorum fecerunt esse corona.
Arduares, Regni ViceCancellarius ampli:
At quanto gravior cura est, tanto est quoq; major.
Gloria, de Regno bene, de populoq; mereri.

Ecce suos in te, ViceCancellarie, cuncti
Desigunt oculos: latatur Natio triplex,
Livones inter post Moschos inde repulso
Vivere conjunctim qua sede assuescit eadem.

Terra ferax frugum Culmensis / perat, Optat
Præsule te deinceps majores edere fructus,
Seive fide è sacra, siue è tellure paratos.

Liœ igitur longa Præsul dignissime vita,
Et cum Rege tuo feliciter ito, redito.

Iamq; vale: hocq; meum clementer nunc cape Votū,

D A N . H E R M A N N I

Dum tibi grata bor versus meliore re verso.

Ac tu Rex Regni flos, Espes magna Poloni,
Acq; Jagellonic& stirpis suprema Propago,
In quam solam omnis domus inclinata recumbit:
Sume animum, fortis presentes reprimeturbas
Exortas scisso in Regno, dum servit Erynnis,
Æmulus & latè vires extendere tentat.

Mens tua mens recti sibi conscientia, jusq; fidesq;
Pro te pugnabunt: contrà arma rebellia nunquam
Successus habuere bonos. Exempla referre
Longa mora est: Sunt exemplum memorabile servi
Anguipedes illi (gens quondam fæda) Gigantes.
Qui fera bella Iovem contra ausi ferre, volebant
Montibus excelsis summos superaddere montes,
Pervius ut fieret congestis molibus aether.

Iamq; altum immenso imponebant Ossa Olympo,
Pelion inde Ossa, qui vertice tangeret astra.
Ast ita dum rutilum magno conamine cælum!
Scandere nituntur, cœlesti Numine lesio,
Fit fragor, erumpunt jaculati è nubibus ignes!
Anguipedes contra, montes, labor irritus omnis
In ventos abiit, diri stratig; Gigantes
Occubuere omnes sub montibus interruptis.
Exitus hic horum qui contra Numinia pugnant.

Sic

MISCELLANEA.

Sic etiam Phaëton currus auriga paterni,
Dum contra Solis præceptum laxat habens,
Alta volens: medium nolens: extrema petensq;
Miscuit ut totum flammis Solaribus orbem,
Fulmine percussus Iovis Auriga altus ab alto
Corruit in præceps, Et magnis excidit ausis.
Sic alij atq; alij persæpe cupidine rerum.
Non concessarum divinitus, interierunt.

Namq; Magistratum qui contra surgit, is ipsum
Ferre Deum contra præsumitur arma nefanda,
Qua Deus irarum flammis Et fulmine sternit.

IN ILLVSTRISSIMAE FAMILIAE RADZIVVILORVM INSIGNIA,

Ι Ε Η Ρ Η Σ Ι Ζ Ethica.

ad

ILLUSTRISSIMUM, ET HEROICÆ
indolis Principem Dn. Christophorum Christ. F.
Palatinem Vilnen.



Vccina picta triplex rubeo venatica cam.
Radzvilæ signat stemmata clara donius. (po
Hæc quia gens vetus est famam venata perennem,
Et bello pariter claruit, atq; toga.

Ceu

D A N. H E R M A N N I

Ceu plenis oculis Solem Iovis Aspicit Ales,
Nec cadit hæc morbo, nec cadit hæc senio.
Sola fames sed enim necat hanc: Sic vivida Virtus
Non obit, at pleno lumine summa petit.

Frangitur haud morbo, senio nec languet oborto:
Marcer, ni quod agat semper habere queat.
Indefames fomes velut est Virtutis, amorq;:
Hoc natura Aquilam fomire servat, alit.

CHRISTOPHORE ô Princeps heroo sanguine na-
Ista tuæ gentis stemmata quando vides: (te,
Majorum ante oculos tibi pone exempla tuorum,
Multos ex illis quos imiteris habes:
yc Patrem imprimis cui quondam Moschica turba
Obstupefacta suo cum Duce terga dedit.

*IN INSIGNIA CIVITATIS
RIGENSIS.*

T Ransversæ claves, & Porta; Insigne Rigense est;
Prima via hoc portu quòd reserata fuit.
Insula quando dedit prima fundamina templo,
Moeniaq; hoc jussit condere Dunæ loco.
Cur rubet æratus Clypeus? quia sanguine, & ære
Hanc Vrbem cives constituere suo.
Da Deus, ut sonet hîc tua laus: Concordia crescat
Civica: terrarum publica stetq; salus.

IN-

MISCELLANEA.

INSCRIPTIO ARCVS SEV
FORNICIS, A QVAE INTRA

Moenia Rigensia, & aggerem intro-
ducendæ causa exstructæ,

In xylopingo

Majores positam cinxerunt moenibus urbem,
Altus & inductis agger obitur aquis.
Majorum exemplo nos seræ posteritati
In commune bonum tale paramus opus.

IN A QVILA M ALBAM
REGNI POLONIAE
IN S I G N E.

IN rubeo Scuto Iovis Ales pingitur alba:
Explicat haec alas parte ab utraq; suas (ortum
Forsan utrumq; latus, Boream, nunc monstrat, &
Suspectumq; Ales signat utrumq; locum.
Cernere Regnicolas belli Hagrante tumultu,
Idq; quod a tergo est, idq; quod ante, decet.
Quid rubor in Scuto : crux est. Sic sanguine Reges
Pro lege atq; suo pro grege bella gerunt.

DAN. HERMANNE

LIVONIÆ AFFLICITÆ
ad

SACRAM REGIAM MAIE,
statem, Ordines Regni Poloniæ
Magniç; Ducatus Lithuaniae



SVPPPLICATIO.

*Anc afflictionis Livonia mitto salutem
REX SIGI MUNDI tibi, & vobis Proceresq;
Consilii magnis Regni de rebus habentes, (Ducesq;
Imperio acciti: quos siue Polonia fortis,
Si ve etiam Regno Lithuania juncta Polono
Suspicit, atq; alto virtutibus aquat Olympos:
Has lacrymas vobis Livonia mitto profusas,
Vos mihi vos rursum speratam afferte salutem.
Consulte in medium, & lapsis succurrите rebus,
A: populum vestrum justo defendite bello.*

*Cernitis ut surgant diversis partibus hostes,
Sarmatiam contra, & subjectas huic Regiones?
Solis ab exortu, insidijs instructus & astu
Moldavus hostis adeit, Regnum infestatq; Polonum
Hunc licet oppositis vicit Zamoscius armis,
Et tota iussu Wallachorum exceedere terra:*

Tc:

M I S C E L L A N E A.

Tecta tamen superest oeu conspiratio quædam
Quæ jacet interdum, adjutisq; repululat ausis,
In commune malum, in Regniq; pericla Poloni.
Alter at à Borea Sueonumq; egressus ab oris,
Vnde salus nobis & pax speranda fuisset,
Occupat Estoniae, inhiat Livonibus inde,
Successusq; urgens, Arces atq; oppida Regis
Marte vel arte capit Quis enim bella inter Sarmata
Legem habet? Et dolus an Virtus, quis in hoste requiri-
Hunc hostem talem, semperq; in utrumq; paratus (rat?)
Nos pauci dubia frustra oppugnamus arena
Non tali auxilio, quale est, non milite parvo,
Tempus eget: summis bellandum est viribus ac vi:
Vi facienda via est, procul hinc abigendus & hostis.
Ergo agite ô Regni Proceres, succurrите Regi:
Ferte citi auxilium: date tela, intendite nervos.
Sunt vobis vires, sunt nescia cedere cuiquam
Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus,
Nec se Sarmatiæ jactabit rulnere quisquam,
Si modò sit, que dat magnum, Concordia, robur.
Concordes vos esse decet: Concordia parvas
Auget opes: magnas at opes discordia frangit.
Inclite REX in te Livonia pono salutem:
Auxilium à volis Regni Proceresq; Ducesq;

D A N . H E R M A N N I

Deserti optamus Livones omnium egeni.
Né nostra in vanos abeant vota irrita ventos,
Nosq; animæ viles, deserta afflictæq; turba,
Aut triste exilium fortunis omnibus orbi,
Multæq; diversis patiamur tristia in oris:
Aut numero exiguo, congressuq; impare in hostem.
Pugnantes, passim campo sternamur aperto;
Effice REX, vosq; ô Proceres, salvate ruentem
Livonum terram, jamq; ante a plurima passam.

Sanguine nobiscum hanc patriam rapuistis ab ho-
Nunc quoq; præsenti ereptam servate periclo. (ste;
Inde bona causa Ædi vino Numine freti
O animo magno, Æ prestantes Marte Poloni,
Vosq; horum socij Lithvano sanguine creti,
Omnes illustres clari virtutibus omnes;
Sarmatæ Æ Sueonum Regem, quem vivida Virtus
Et Pietas decorant, ceu cælo Luna sereno
Cum fulget nitida, Æ nocturnas discutit umbras:
Hunc vestrum Regem patrio quonq; sistite Regno.
Rigaq; dum stabit fossis atq; ag gere cincta,
Riga ornamentum terra Livonidos unum,
Naviferas dumq; hanc Urbem Duna alluet undis,
Atq; hinc effusus Boreale intrabit in Equor:
Semper bonos, vestrumq; decus, laudesq; manebunt.

HE.

MISCELLANEA.

HEDERA LVMINANS

Ostquam à tempore recuperata Livonie, tām sub
dīvo olim Rege Stephano, quām sereniss. Rege Sigis-
mundo III, bactenus labore & virtute sua florem ac-
quisivisset; tandem oborta tempestate inter agros,
fructus, & diversas arbores suas vastatas doloris sui
guttas ex surculis concussis expressas, in hoc flebile
carmen convertit; & ne folijs decussis, frondibus suc-
cisis, & radicibus eversis, omni succo & nutrimento
sili per hostem detracto senescens exarescat, Sereniss.
Regi Dno. suo clementiss. humilimè supplicat.

MEDITATIO

Militis Christiani cordati, & simul pij:
dedicata

SERENISSIMO, POTEN-
TISSIMOQ; PRINCIPI ac Dno. Dno.
SIGISMUNDO tertio, Regi Poloniæ & Sueciæ &c.
nec non ejusdem Reg. M^{is} Supremis Exercituum
Regni & M. D. Lith. Ducibus, Equitum,
& Peditem Praefectis, Centurionibus, alijsq; Militibus,
Sac. Regiæ Mti, & Reip. communis in bello
Livonico operam militarem navantibus.



MILES loquitur.

Untria, que de te, magni Rex maxime munus.
Summe Deus, summa speq; fideq; peto. (di,

I.

Iustitia
militaris

Nefitiam Spolia innocuo de sanguine raptar:
Sontis & insontis sit mihi lex posita.
Parcere subjectis, & debellare rebelles,
Principis officium nobile semper erat.
Religio Patrum quae sacros struxit in usus
Templa, Scholaras, fundos, dilacerare scelus.
Vastare agricolas, miscere incendia passim,
Omniaq; in cinerem vertere tecta, nefas.
Fæmineo in sexu vim casto inferre pudori
Ne mea mens ausit, tu prohibeto Deus.
Non me di vitia, non me spes improba nummi,
Contra te jubeant castra nefanda sequi.
Sed pro Rege meo in causa dum milito justa,
Dulce sit in bello vivere, dulce mori.

II.

Mors
militaris

Siq; mori certum fit, det mihi gloria finem:
Sit mihi cor præsens, absit incersq; timor.
Ibo omnes contra qui miscent fasq; nefasq;
In Regemq; audent bella parare suum.

Qua

MISCELLANEA:

Qua mente ô miseri pugnabunt? Rege relicto
Castra quibus placuit nunc aliena sequi?
Conscia mens culpa injustis timet omnia in armis:
Nullus filii rectè conscius arma timet.
Una salus bello mihi sit, præstantibus ausis
Vivere, vel lato vulnera posse mori.
Sit vir, non puer imbellis: sit fortior heros,
Qui me lethali vulnera sternat humi.

III.

Da Deus ut moriens victo palmam asequar hoste,
Egredere celebris morte triumphus eat.
Sepulta-
ra mili-
taris.
Exanimum corpus, sine vita, et triste cadaver
Non canibus, rapidis non fit et esca feris.
Sed socios inter casos et mille meorum
Corpora, sit tumulum, sit mihi terra quies.
Infictoq; fluens è vulnera sanguis odoras
Ex terra violas proferat, atq; rosas,
Hoc versu pictas. Hic militis osla Poloni,
Et, pro Rege suo quæ tulit, arma vigent:
Posteritas canat hec, Animam sed Christi receptam
Æternas facias prosperitate frui.



DE

D A N . H E R M A N N I

DE LIVONIÆ STATV.

instabili, ex fundamentis

Philosophicis.



Vòd Livonia seculis retrò actis
Multù·n floruit, ORDO fecit ille
Vnitus velut unione quadam
Statu duplicitis, hunc regentis Orbem,
S A C R I scilicet atq; S E C V L A R I S.
Pro Christo CRVCIS ORDO bella gesit.
Per hunc Nobilitasq; crevit olim,
Armorum intrepido & frequent : in usu.
S A C E R vota precesq; fudit ORDO
Diligentior, ad Deiq; cultum
Gentes translulit. At uterq; ut ORDO
Ille Bella, sed hic Preces reliquit
Negligentior: Ecce mox ruina
Secuta est, perijt Statusq; uterq;.
Excusso ORDINE sacra sunt profanis
Commutata, simulq; priscus ORDO
Martis languit. Ac quidem videmus,
Haud quaquā tamen ORDINEM obtinemus
Post rerum metamorphosin secutam.

Ex

M I S C E L L A N E A.

Ex causis quibus orta cuncta nam sunt,
Per causas quoq; cuncta stant easdem.
A causis procul at sumus vetustis,
Ad causas neq; fas redire priscas,
Aut per difficile est, Statu hoc manente
Qui confusus ubiq; nunc habetur
SECVLARIBVS in SACRISQ; rebus.

Vide Livo, videte Regna causas
Propter quas ruitis. Videte num sit
Concors unio Christianitatis,
An Concordia sitq; Nationum.
Armorumq; videte num sit usus
Qui quondam fuit: & patebit inde
Ortus Interitusq; causa Rerum.
Dum Discordia regnat, estq; pulsæ
Terris Iustitia, alma Charitasq;
Scissa Religione dum laborat:
Dumq; ad principia illa non redimus,
Per quæ nobilis ORDO militaris
Et RESPUBLICA Christiana quondam
Vires sumsis eundo, floruitq;;
Terrarum instabilis Status manebit:
Gens gentem premit, inq; Bella surget.

C

D E

D A N . H E R M A N N E

D E E X P V G N A T A
V V O L M A R I A.

Ortè mea nuper monui dictante Camæna
Ut Regine avium niveis quæ venit in alis
Sarmatia è Regno, numero so milite cincta,
Subjecerent sese Volucres, Livonide terra,
Ne quicquam in nidis latitantes Numina contra,
Quas Aquila Accipiter prædator nuper ademit.
Dicebam: Volucres tandem resipiscite, tandem
Discite perfidia veniam sperare rogando,
Dum locus est venia, ♂ Iovis ales miior extat:
Ne comites ejus Simson, Lupus, ♂ Crocodylus,
Atq; alij plures muros perrumpere sueti,
Cum nidis vestris evertant funditus omnes:
Accipitrem ♂ Volucres scitis super alta volasse
Æ quora, in ingenti discrimine vosq; relictas.
Incipite in vosmet tandem descendere, ♂ illud
Dedecus, ♂ maculas, quas vestro crimine vestris
Rebus inusitatis meliori pectore sumptu
Eluite, ♂ vobis vestrisq; Nepotibus olim
Consulte, inq; viam conversa mente redite,
Et pennis Aquila vestras conjungite pennas.
Hac ego Regina Volucrum præsentē monebam.

Ta.

MISCELLANEA.

Talia fundebam turbato pectore vota,
Quæ diu audivit votis tractabile Numen,
Ergo ubi Lithuanas Iovis Ales cessit in oras,
Ingenio clarus sed Belli clarior usu
Falco Aquila Ductor, nova quo Zamoscia gaudet
Et fossa, & muro, præcelsoq; aggere cingi,
Invasit Nidum, Govia prope flumina structum:
Hunc contra Bellatores insurgere jussit,
Præstantes omnes & saevo Marte potentes.
Iussa citi peragunt. Magno ruit impete Simson,
Æræa cui facies latum facit ore foramen,
Fumantesq; globos jaculatur murmure magno.
Huic fratri juncta est bello metuenda Virago,
Oppugnare viros, atq; expugnare parata.
Hinc Lopus in sylvis Moschorum ingentibus ortus,
Livonum quondam prædo, & populator agrorum,
Et qui nomen habet Laceri, laceret quia cuncta.
Pone Lacerta subit, sinuatq; volumina caudæ,
Squamiger & serpens, Crocodylusq; hinc maculosus.
Hi, pluresq; alij revomentes ore globorum
Vim magnam, cunctis adnixi viribus ipsum
Perfidæ Nidum rumpunt, terebrantq; cavantq;
Undum omnes ruere, & vomere omnes tela videres.
Undiq; lata fenestra & pervius undiq; Nidus

D A N . H E R M A N N I

Factus ubi est, rumpunt aditus, Et milite complevit
Ala Aquilæ niveæ: quarum unum oppugnat ut agmen
Hostem intra murum, tormenti concidit ictus
Ille heu Magnanimus Ruthveno è sanguine miles,
Terra Caledonijs quem quondam enutrit oris,
Marte virum genitum, Et clarum Mavortibus ausus:
Occubuere alij quoque primo in limine pauci

Fortunati omnes: pro Regni Rege Poloni
Dulce mori fuerat quibus, Et pro laude pereire:
Vobis parta quies: Et laus, Et fama perennis:
Quoque eritis tumulo quaque in tellure sepulti,
Pax ibi sit, vestro vigeantque è sanguine flores.

At non turbatus Ruthveni funere miles
Acrior insurgit, vim major suscitat ira:
Invaditque Urbem. Hic vento fugit ocyor omni,
Et sese Nido hostis claudit posteriore.
His miser è latebris imitatus rursus Olympi
Fulmen, Et ejaculans (sed frustra) tela globosque,
Offensis tandem signis dum dedere sese
Cogitat, Et veniam pariter vitamque precatur,
Exire est jussus, posita cui mitior ira
Dux Belli summus sedata mente pepercit,
Militibus reliquis vita concessit Et usum,
Atque potestatem, quo vellent, liquit eundi.

Quos

MISCELLANEA.

Quos Ostrorogius comes est comitatus cunctes
Magno animo comes, & claris Illustris in armis,
Ut tuta possent transire per agmina Regis.

Hac ad Volmariam: cui nec succurrere visus
Accipiter, nec predonum, nisi ante, manipli.
Volmara jam cecidere, cadent & mania plura.
Conscia mens sceleris premit omnes, frangit & horruis
Frustra intentatas vano conamine vires
Sauromatum in turmas, stantes dura omnia contra,
Non secus ac rigido stat Saxum immobile Ponto.

Facta via est: fatis felicibus ite feroci
Marte sati Heroes, quos sive Polonia fortis
Sive etiam Regno Lithuania juncta Polono
Edidit, atq; alas Virtutum expandere jussit,
Proq; Sigismundo Rege hostes tendere in omnes,
Pro Rege insigni cui nemo è semine cretus
Audeat heros contendere munere mentis.
Cui Pietas animo, cui Virtus ore relucet,
Non secus aureolo ac scintillans gemma monili.

Ergo Duces Belli quò vos vocat inclita Virtus
Ite atq; ulterius vestras extendite vires,
Pro Lege & grege decertantes fortibus armis.
Regis causa bona est: TANDEM BONA CAUSA

(TRIUMPHAT.

D A N . H E R M A N N I

E P I T H A L A M I V M

In honorem nuptiarum,

Virtutum, doctrinæ, & ingenij laude
præstantissimi viri, Dñi. THOMÆ RAMI,
Rigeñ. V. I. C.



Sponsæ eius lectissime virginis
ANNÆ, Amplissimi & Clarissimi viri D.
NICOLAI EKII, Reipub. Rigeñ.
Consulis dignissimi Filiæ.



ANNA thoro Thoma dum jungitur Ekia Rami,
Ambo Oleæ ramo similes sunt. Ramus Oliva,
Pacis est signum: fœcunda ut floret Oliva,
Sic ambo in pace & fœcundo suaviter avo
Tempora consumant, nullis obnoxia rixis.

Ipsa viro ante oculos virtus occurset, eundem
Excitet, ad casus ut sit constantior omnes,
Quos incerta globo Sors qua stat vecta rotundo,
Suppeditat variè, & nunc huc, nunc se rotat illuc:
Tristibus immiscens lata, & lugubria latis.

Ergo velut ramos altas attollit in auras
Quercus, & ad versi stat contra flamina venti,
Mole immota sua, densis immotaq; ramis:
Sic, Thoma, ramus sis tanquam querneus, evum

Si

MISCELLANEA:

Si qua tuum forsan fortuna injuria vexet.
Exemplo Socer esto tibi: constantia mentis,
Nesciaq; in duris frangi patientia rebus,
Quem magnū faciunt: dum tempore tempora cuncta
Temperat, Casus prudentior excutit omnes:
Stans contra adversos, velut arbor quernea, ventos.
Ille suam natam tibi nunc, charissime Thoma,
Fædere conjugij conjungit: Cura parentum
Quam jussit teneris pietatem discere ab annis
Instruxitq; pijs & castis moribus, ipsi
Grata Deo ut summo, grata & mortalibus effet.
Scilicet in natas manant exempla parentum,
Utq; Deum Mater, sic matrem nata sequetur.

Gratulor ergo tibi de tali, Sponse, puerla,
Utq; tibi, Sponsaq; tua feliciter istud
Conjugium cedat, votis ardentibus opto.

Hac tenus ingenuas, primis florentibus annis,
Artes sectatus, diversa Lycea Scholasq;
Sponse peragrasti, teq; Heidelberga forensi
Versantem in studio tota trieteride vidit.
Non ibi in obscura latuisti absconditus umbra,
Quin luce in clara doctorum turba virorum
Congressa ingenio tecum est: te solvere jussit
Implicitos legum nodos, perplexaque sensa.

Promp-

D A N. H E R M A N N I

Promptus eras cunctis, Et respondere paratus.
Inde tuo ingenio applaudens Academia (velles
Si modo) te dignis titulis ornare volebat.
Nec tibi defuerat magnarum occasio rerum.
Verum habet ipsa suam taciturna modestia laudem:
Teq; ipso contentus eras, contentus ut es nunc.

Ergo dum patriam venisti rursus in urbem,
Te quoq; amat patria, Et primores urbis, Et ordo
Civicus, atq; omnes consanguinitate propinqui.
Inde fit, ut claris tibi virgo parentibus orta,
Iuncta sit, hisq; tuis thalamis benè quisq; precetur.
Quin etiam ipse Hymen præcinctus tempora myrto,
Concelebrare tuae venit spectacula pompa,
Atq; Facem portans flagrantem, prævius omnes
Anteit, inq; Face inscribit memorabile dictum:
V T F A X C O N I U G I I S I C F L A G R E T M U T U A F L A M M A :

Hæc satis scripsisse mihi, quem Febris iniqua
Vexat, Et ingenij prostratum exhaustit acumen.
Plura alij scribant. Quod restat at, optime Sponse,
Fide Deo, tua cantus agas, aliena relinquas,
Dissimiles, Et crunt tibi si qua ferenda, labores.
Assidueq; Deum tua voto in cuncta vocato:
Sic tibi conjugium hoc fatis felicibus ibit, -
Sic dabit oranti, Deus optimus, optima queque.

EPL

MISCELLANEA.

EPIΤAPHIVM, ANNO 1594
ab ipso auctore graviter decumbente ex-
structum, & post ejus obitum in Chartophy-
lacio repertum. quod ad sepulchrum
suum erigi, his verbis jam tum
mandavit:

Hæc quando Dei Voluntas sive nunc, sive deinceps
ita statuet, ad posteros extare debebunt
monimenti loco.

 Ic jaceo Daniel Herman de gente Borussa
Natus, ubi patrios Nida pererrat agros.
Erudit puerum Argentinæ Ludus; at Albus
Mons Iuvenem expolijt; Cæsaris Aula virum.
Hinc cupidum plores me rerum discere casus
Dantilcum voluit Regia cæstra sequi.

Hæc sequor: atq; Vrbis commissa negotia tractans
Civica, militibus sapienter fero.

Inde ubi Victori Stephano Livonia cessit,
Pulsus ab hac terra Moschus & hostis erat:

Me quoq; Rex inter Livonos vivere jussit,
Contulit & studijs prædia larga meis.

Hic igitur vixi: Conjur mihi ductaq; Rige est
Vrſula Krögero Fœmina patre lata.

Dd

Mo-

D A N. H E R M A N N I

Moribus excultis, pietate & prædita multa,
Inq; meos nutus officiosa fuit.

Qui nos concordes vita conjunxit in ista,
Iungat in extremo nos Deus ille die.

Met tandem Riga aggeribus vallata recepit,
Atq; mihi requiem præbuit, & tumulum.

Inveni portum: Spes, & Fortuna valete.
Inveni in Christi gaudia viva sinu.

Absolvi miseræ tandem ludibria vitæ
Expertus mortis vulnera: Vivo tamen.

Vivendo didici, didici moriendo, voluptas
Quanta sit in solum Spem posuisse Deum.

Nimirum requie Christi mihi sanguine parta,
Perfruor, & Spes est nunc rata facta mihi.

Vivite felices, quotquot didicistis, amici,
Quid proficit, soli fidere posse Deo.

Vixi, & quem dederas cursum mihi, Christe, peregi,
Nec mihi Vita brevis, nec mihi longa fuit.

Danielis Hermanni Niedburgen.

Poëmatum FINIS.



MIHI DATA EST OMNIS

POTESTIAS IN COELO



Malth. XVIII.

ET IN TERRA

Jehova lux mea & salus mea Psal. 27. 5

EXCVDEBAT IN
REGIA CIVITATE
MARITIMA RIGA

Nicolaus Mollinus

